

61
HENRICI NETTELBLADTI

a 52
ROSTOCHIENSIS

DE

DOTALITIO

E LEGIBVS ET MORIBVS GERMANORVM

SPECIATIM
MEGAPOLENSIVM

LIBELLVS SINGVLARIS.



Ki 2154
27. 3. 06.

ROSTOCHII ET WISMARIAE
SVMTIBVS IOANNIS ANDREAE BERGERI
cōcccccxxxxvi.

C I C E R O de Offic.

Lib. I. Cap. 17.

Sed si contentio quaedam, et comparatio fiat,
cui plurimum tribuendum officii, princeps
est PATRIA.



GENEROSISSIMIS ATQVE EXCELLENTISSIMIS
ILLVSTRE
CORPVS PROVINCIALE MECLEBVRGICVM
REPRAESENTANTIS
COLLEGII ARCTIORIS DELECTVS
DOMINIS DEPVVTATIS
V I R I S
NON MAGIS
PROPTER MAIORVM IMAGINES
QVAM
IVSTITIAM AEQVITATEM PRVDENTIAM
ET PVLCHERRIMVM RELIQVARVM VIRTUTVM CONCENTVM
SPLENDIDISSIMIS
LIBERALIVM STVDIORVM FAVTORIBVS
MAXIMIS
PATRONIS SVIS INDVLGENTISSLIMIS



H V N C L I B E L L U M
OBSEQVIOSISSIMAE MENTIS ARGUMENTVM
EA QVA DECET PIETATE
C O N S E C R A T
ATQVE
VITAE TERMINOS AMPLISSIONS
GLORIAE CVRSM SEMPITERNVM
MERITORVM FRVCTVS ABVNDAFISSIMOS
SALVTEM PERENNEM
RELIGIOSISSIME PRECATVR
SE SVAQVE STVDIA COMMENDANS

TANTORVM NOMINVM

CVLTOR O B S E R V A N T I S S I M V S
HENRICVS NETTELBLADT.



PROOEMIVM.

Promissum cadit in debitum. Dicti buius peruulgati ne immemor videar, iam quae in praeloquio differentiationis meae inaugralis promissa atque recepta, aliqua perficio ex parte. Sifit se eruditorum iudicio secundum de Viduis Nobilibus mecleburgensibus specimen, illarum circa dotalitium iura indagans. In cuius proemio praesenti id mihi erit negotii, ut enarrem quid in subsequenti praestitum sit tractatione. Scias igitur LECTOR BENEVOLE me non quid circa dotalitia in amantissima patria constituta iuris sit exposuisse tantum, sed in simul eo etiam elaborasse ut iura dotalitii communia, certe si quae alia in theoria et praxi vexatissima, ex certis genuinisque enucleem principiis, praemissae generaliori de dotalitio doctrinae megapolitanam semper subiungens obseruantiam. Saepissime equidem in hac probanda ad ita dictum PROIECTVM des Meclenb. Lehn-Rechts prouocauit, quamvis

probe sciam nunquam illud solemni sanctione legalem fuisse
nactum auctoritatem, imo eius in iudiciis allegationem
poenali esse prohibitam mandato; quum tamen a viro
rerum meclenburgensem peritissimo, beato Cancellario
COTHMANNO, ut creditur, sit consignatum, pro probanda
consuetudine megapolitana et mibi exemplo reliquo-
rum doctorum domesticorum illud allegandi erit potestas.

Haud equidem me fugit, multos iam viros doctissi-
mos peculiares de dotalitio consignasse ventilationes, ab Ex-
cellentissimo Dn. D. IENICHO in emendata atque aucta
LIPPENII Bibliotheca iuridica, solertissimo ac indefesso,
ut solet, studio recensitas, et a me additis nonnullis aliis
passim in praesenti allegatas tractatione. Quae tamen ra-
tio me hanc deterrere a proposito potuit, quod in enucle-
anda dotalitii doctrina suscepit. Ut enim taceam, nullam de
Viduarum Nobilium mecleburgicarum circa dotalitium iure
peculiarem existare dissertationem, notum etiam est explorata-
tumque quanta in doctrina de dotalitio eiusque requisitis ad
nostra usque tempora Iureconsultos inter regnauerit con-
fusio. Testem prouoco Virum illustrem, de omni iurispruden-
tia meritisimum Dn. LEYSERVM: Fateor, inquit,
„difficilem esse dubiorum, quae circa dotalitium oriuntur
„decisionem, in Med. ad D. Sp. cccxvii. Med. ix. Causa
in eo est, quod plerique qui doctrinam de dotalitio scriptis
expli-

explicarunt; de Germanorum moribus parum fuerint
solliciti, e peregrinis Romanorum legibus, domesticum hoc
Germanorum institutum diiudicantes. In renocando ita-
que iure dotalitii difficillimo nodisque plenissimo ad iusta
sua principia, qualescunque vires meas experiri animum
induxi meum. Non quod sperem posse a me tale quid pro-
ficiisci, quod vel notatu prae caeteris sit dignum, vel aliorum
mereatur adplausum; sed ut rectius sapientibus, me eru-
diendi ac dubia, quae me suspensum habent dissoluendi prae-
beam occasionem. Si vero quandoque a communi Docto-
rum sententia perpetuaque praxi recessi, haud quam nouandi vel contradicendi pruritu, sed obseruantiae ad iustè
et aequi regulas examine hoc a me factum esse contestor.
Non enim quid in praxi receptum sed quid obtinere debeat
adpendendum, quum praxis non iuris sit norma, sed ex
iure potius de praxi sit iudicandum, ac nostris temporibus
exterminato auctoritatis praeiudicio rem rationibus pro-
pugnare iuuet atque delectet. Qua in re si quis praeter
spem ac opinionem me hallucinatum reperierit, de errore
rationibus placide conuictus veritati cedam quam lubenissime,
ac gaudebo si alii hoc instituto meo me superabunt, ni-
bil aliud quaerens quam veritatem et iustitiam. "Leuitas
,,enim non est a cognito errore discedere, et ingenuus faten-
,,dum est, aliud putavi, deceptus sum, teste SENECA de
,,beneficio Cap. xxxviii.

Nihil

Nihil iam monendum restat, nisi quod in hoc euoluendo
themate methodo usus fuerim arbitraria, rogans ne quis
ex paragraphorum citatione pro demonstrativa illam re-
putare velit. Vnica enim ex hac ratione ista placuit, quia
inuestigato primum dotalitii principio, eo rectius in casibus
specialibus intelligitur quid circa illos iuris sit. Ut itaque
e genuinis principiis in ipsa rei natura Germanorumque
moribus fundatis per iustum consequentiam iura circa do-
talitia deducere adlaborauerim, ita ut thesin deductam
semper obseruantia Germaniae prouinciarum praesertim
Ducatus Megapolitani, illustrauerim ac comprobauerim.

Concludo tandem verbis Perill. H.C. de SENCKEN-
BERG quibus in praefat. iur. feud. germ. long ob. §.IX.
est usus, et una cum eo protestor: „Nil dictum, nec scri-
„ptum volo, quod aut Seren. PRINCIP1 ac DOMINO
„aut Statuum Prouinciae iuribus aliquid detrabat, satis
„gnarus, bonum Reipublicae nostrae ciuem eum in modum
„de hisce feudorum iuribus sentire debere, uti Leges Pro-
„uinciae id permittunt; si quid secus dictum occurrat,
„nec id assertum, nec meam hanc mentem fuisse, legentes,
„ut credant rogo.” Dabam in Academia Varno-Baltica
mense Aug. Clc lcc xxxvvi.

SECTIO





SECTIO PRIMA
DOTALITII ORIGINEM ET FATA
INDICANS.

§. I.

A decorative initial letter 'D' from a historical book, enclosed in a detailed woodcut-style frame featuring acanthus leaves and vines.

Digna sane est Imperatore exclamatio, digna quoque cuius subinde recolatur memoria, quam JVSTINIANVS non sine commoti animi affectu in L. XII. §. 1. C. qui pot. in pign. sic expressit: *Quis mulierum non misereatur, propter obsequia, quae maritis praestant, propter partus periculum & ipsam liberorum procreationem, pro quibus multa nostris legibus inuenta sunt privilegia.* Nec defuit Imperatori sapienti ratio, quare iucundissimo sexui foeminino, fauentiore legum Sanctione succurrendum existimauerit. Naturalis enim suadet aequitas, illam, cuius & corpore & substantia & omni vita mari-

A

tus

II SECTIO PRIMA DOTALITII ORIGINEM

tus fruitur, privilegiis & commodis habere iudicareque dignissimam. Praesertim vero pium est atque humanum, viduis post luctuosam mariti, cuius & dignitatem & iura retinent, mortem, pro acerbissimi doloris solatio, pro optima data opera, proque necessaria eius sustentatione, aliquam ex relictis a marito defuncto bonis praestare benevolentiam. Quo adficta vidua, amoris in vita exculti postea etiam aliqualem persentiscat fructum; hic enim genuini amoris est effectus, ut etiam altero amantium defuncto, superstitis suscipiat curam.

§. II.

*Hinc omnes
fere populi de
viduarum fu-
stentiarione fu-
erunt solliciti.*

Apud plerosque hinc populos vſa fuit receptum, vt vxores post se relictas prospicerent bonis, quibus in miserrimo illarum viduitatis statu, vitam viuere queant honestam dignitatique suae conuenientem. Eo modo Ebraei curarunt vt viduis suppeteret vnde viuerent, idem Graeci veteres fecere certo, Romani, Germani ceteri.

*Vt constat
e Jure Ebrae-
orum.*

In Republica Ebraica viduae varia capiebant comoda, vt videre est *Exod.* XXII. 21. *Deut.* XIV. 28. 29. XXIV. 17. 19. XXVI. 12. & late probant, tum IO. SELDENVS, ICtus hebraice doctissimus, in Libro. *de Vxore Hebraea*, operum Seldeni, editionis Wilkinsiana Vol. II. inserto, tum IO. SAM. BERTHIVS in *commentatione de coniubiorum ri-
tu sponsalitio apud Ebraeos*, edit. Lipsiæ, CIO CC XLV.
Consentiantur

Consentiant & Graecorum mores cum Ebraeorum institutis. Graeca enim vxor, dotarium sibi aut fuit stipulata, aut ipsi maritus sponte constituit, quo haberet, vnde aleretur, si ab eo vel mortis vi, vel diuortii iure secessum facere cogeretur. Id quod iam pererudit deduxit III. IO. GEORG. ESTOR in Disp. *An dotalitium cessest propter secundas nuptias.* Cap. II. Qui & Romanorum scita intuitu commodorum in viduas redundantium, c. l. C. III. solide pertractauit, & ex Romanis antiquitatibus eleganter enucleauit. Ad quam eruditam tractationem, ne acta rursus agam, me remitto.

*Graecorum.**Romanorum.*

§. III.

Maiores nostri Germani veteres, quamquam alioquin in amantissimum sexum foemininum plus iusto fuerunt duri; de tuenda tamen viduarum suarum dignitate, ac excitandis opimis alimentis fuerunt solliciti. Iustum nimirum illis videbatur, vt, quum vxores non laetorum solum essent sociae, sed & in curas venirent partemque laborum, idem in pace idem in proelio passurae ausu- rae, ceu loquitur TACITVS in libro *de mor. Germ.* Cap. XVIII. mariti quoque vxoribus de rebus necessariis, vnde post iporum mortem se exhibere possent, prospicerent. Maioris hoc apud eos fuit necessitatis, quum foeminae Germanorum parum olim habuerunt in bonis, vtpote quae moribus antiquis tam a patris quam matris hereditate filio superstite fuerunt exclusae.

*Germano- rum cura in adsignandis viduarum emolumentis.**Apud quos filiae parentum hereditate erant exclusae.*

A 2

Sic

Quod proba-
rur e legibus
Werinorum.

Burgundi-
onum.

Saxorum.

Et aliorum
Gentium.

Ac renues-
merito adfe-
reabant dores.

Sic enim Werinorum lex *Tit. VI. Cap. I.* præcipit: *Vt hereditatem defuncti filius non filia suscipiat.* Et ne deficiente quidem filio, filiam ad bona parentum immobilia vocat, quando statim addit: *Si filium non habuit, qui defunctus est, ad filiam pecunia & mancipia, terra vero ad proximum paternae generationis consanguineum pertineat.* Idem GVNDEBALDV S^{anct} Vandalorum seu Burgundionum Legislator *Tit. XIV. §. 1.* his statuit verbis: *Inter Burgundiones id volumus custodiri, vt si quis filium non reliquerit, in loco filii filia in patris matrisque hereditate succedat.* Quam succedendi rationem & antiqua Lex Saxonum *Tit. VII. Cap. VIII.* ita sistit: *qui filiam ac filium habuerit, & filius uxore ducta & filium generit, & mortuus fuerit, hereditas patris ad filium filii, id est, nepotem, non ad filiam pertineat.* Ac retinuerunt hunc morem Saxones ad annum usque quo Spec. Sax. confectum, quod clare satis ostendit *Spec. Libr. I. a. XVII. conf. C. W. GAERTNERI Not. ad antiqu. LL. Sax. ad Tit. VII. §. 1. p. 68.* Varia alia antiquae huius successionis testimonia exstant, in Legibus vetustis Alemannorum *tit. LVIII.* Boiuar. *tit. XIV. L. IV.* Longobard. *tit. II. L. XIV.* Saxon. *tit. VII.* Ripuar. *tit. LXI.* & Salica *tit. XLIV.* *Libr. IV.* quas collegit FRID. LINDENBROGIUS in *Codice legum antiquarum.*

§. IIII.

Non vero solum Germanorum filiae & paternae & maternae hereditatis erant exfortes; sed & nuptiis contractis, modica bonorum parte debebant esse contentae. Quae filia sponsa de paternis

ternis laribus secum adportabat obferenda futuro marito, erant, teste TACITO, tantum arma, instrumenta rustica, pecora, reliqua quae *Faderpbitum* in antiquis nominantur legibus. Nec poterat parens maioribus filias elocandas instruere bonis. Vita enim Germanorum, quae omnis in venerationibus atque in studiis rei militaris consumebatur, ut scribit CAESAR de *bello gallico*. Cap. XXI. §. III haud modicos poscet sumptus, unde sustentaretur arma ferens, ac ubi infelici certamine exiuit, vinctus, is iterum restituendise suaque copiam facultatemque haberet. Vbi vero bonorum prouentus vix sufficissent, si parens magnam & largam dotem constituisset filiabus.

Seculo adhuc XIII talis muliebris dos vel lucrum potius profectum valde erat rarum, nec adeo magnum, quoad filias ipsas Ducum Principum. Id quod varia inter alia diplomata, & illud quod communiter e LEIBNITII Tom. III. Script. Brunsvic. p. 219 hunc in finem adlegari solet, his docet verbis: *Agneten gaffer dem Hertoge von Sassen mit einem gar groten Brutschatte an Gelde, so tho der Thit unter den Förfsten nicht gebrücklich.* Pluribus quoque hoc patet ex Jll. IO. GEORG. ESTORIS. P. III. der kleinen Schriften p. 736. ac B. GVNDLINGII Diff. de Henrico Aucupe §. VII. in not. lit. P. pag. 40. Conferatur etiam JAC. PERIZONII Diff. de Lege Voconia foeminarumque apud veteres hereditatibus, quae est II. in triade Dissert. Perizon, quam euulgauit B. HEINECCIUS pag. 84. seqq. qui singulari ostendit studio, qua-

re filiae nihil ex hereditate paterna capere potuerint.

§. V.

*Hinc foemini
nis in vidui-
tatis statu fu-
it prospicien-
dum.*

Quum ergo ex hereditate paterna parum vel nihil ad filias deueniret (§. III.) atque dotes admodum essent tenues (§. IV.) turpe vero sit & indignum demortuo marito, viduam eius imaginem & ius repraesentantem conflictari cum egestate (§. I.) valde erat necesse, ut a marito adcereret vidua, vnde alimonium & victum sumeret, ac statum dignitatemque suam condigne post mariti mortem sustentaret.

§. VI.

*Quem in fi-
nem maritus
vxori conſti-
tuit dorem.*

Vsu hinc & obſeruantia inualit, vt maritus vxori dotem adferret, & constitueret. Cuius adferti fidem facit TACITVS, qui in aureo suo de moribus Germanorum libello, C. XVIII. expreſſe dicit: *Dotem non vxor marito, sed uxori marius offert. Interſunt parentes & propinqui ac munera probant: munera non ad delicias muliebres quaesita, nec quibus noua nuptia comatur, sed boues & frenatum equum & ſcutum cum framea gladioque.*

*Prout pro-
bant antiquae
leges.*

*Tabula ma-
trimoniales.*

Eundem morem & in scriptis antiquorum germanorum legibus occurrere, multis exemplis pererudit docet JUST. CHRIST. DITMARVS in praefantissimo suo commentario ad citatum TACITI locum pag. 106. n. IV. Euincunt & hoc pacta varia dotalia, nec non ipsae de dote mariti formulae, quas multo studio collegit & exhibuit B. IO. PETR. de LVDEWIG in eleganti Differt. *de dote mariti*

§. IV,



§. IV. V. VI. Cui adde si placet GEORG. CHR.
GEBAVERI Progr. de dote in nuptiis veterum Ger-
manorum, quo ao. c10 10 cc XXXXI. Gottingae pa-
negrin inaugurem Jll. GEOG. HENR. AY-
RERI indixit, nec non B. GOTTFR. LEONH.
BAVDISH Progr. de dote Juris Germanici, quod
prodiit Lipsiae c10 10 cc XXXVIII, ac celebr. DAV.
NEHRMANNI Disp. de dote mariti, habita Lon-
dini Gothorum c10 10 cc XLII & IO. SAM. BER-
THII Comment. de connubiorum ritu sponsalitio
apud Ebraeos §. XXXV, n. I. qui autoribus ibidem
large excitatis probat, hanc maritalē dotem, apud
multas gentes obtinuisse, & in hunc vsque diem
apud quasdam obtinere, exemplo Cantabrorum,
Burgundionum, Franconum, Saxonum, Vene-
dorū, Prussorum, Danorum, Gothorum, Nor-
uagenium, Ruthenorum, Cimbrorum, Roma-
norū, Graecorum, Theffalorum, Thracum,
Turcarum, Arabum, aliarumque.

§. VII.

Fuit haec dos vxori ex mariti bonis deputata,
ne ipsius post mortem misero victu viueret, surfu-
reum panem esitaret, vinumque dicente GELLIQ
eructum foetidumque potaret; verum se sustentare
ac dignitati suae congruenter conuenienterque vi-
uere posset. Neque enim ad sustinenda matrimonii
onera huius maritalis dotis constitutio pertinuit,
neque dotis muliebris vel potius peculii ullum ha-
buit respectum ; quum maritus de compensan-
dis istis minutis sibi a sponsa oblatis (§. IV.) se
follicitum gerere haud habuit necesse.

*Quae in
uxoris daba-
tur sustenta-
tionem.*

Quod

VIII SECTIO PRIMA DOTALITII ORIGINEM

Id quod patet ex veteris Germ. legibus.

Pactis dotalibus.

Quod dotes a marito vxori indotatae fuerint oblatae variis fide dignis monumentis probat B. de LVDEWIG in *Disp. de dote mariti* pag. 18 sqq. Speciat & hoc Bojoariorum Lex Tit. VII. Cap. XLV. in qua sic expresse cautum: *Mulieri autem dotem suam secundum genealogiam suam soluat legitime, & quicquid illa de rebus parentum ibi adduxit omnia reddantur mulieri illi.* Ac in ipsis antiquis instrumentis haec dos vidualitatis saepe fuit adpellata prouisio, teste NICOL. MYLERO in *Gamol. Cap. X. §. I.* pag. 285. Quod pluribus euincunt Perill. CHR. de NETTELBLADT, Adgnatus multis nominibus colendissimus, in *Disp. de port. stat. Jur. Lub. Cap. III. §. I.* ibique sub No. 2 excitati Auctores. B. NIC. HIER. GVNDLING de Emt. *Vxor Cap. II. §. X.* B. IO. GOH. HEINEC. CIVS in *Elem. Jur. Germ. L. I. tit. XI. §. CCXLIX. CCL.*

§. VIII.

Synonyma germ. huins dotis. Germanice haec dos antiquis iam temporibus dicebatur: *Lybgedinge*, vel etiam *Withem*, *Widem*, *Widimo*, *Weotuma*, *Widum*, vt indicat IO. GEORG. WACHTERVS in *Glossario*, voc. *Wetten*, *Widum*, pag. 1888 & 1895. Qui etiam obseruat dotem non vnam fuisse apud priscos Germanos, sed multiplicem & nominibus discretam l. c. voc. *Morgengabe* pag. 1092.

Quae probabantur chartis antiquis.

Priorem demominationem variae probant chartae antiquae. Sic enim in diplomate de an. 1130 CC LXXXV. a B. de LVDEWIG in *Tom. I. Reliqu. Mscdr.* sub No. Cl. pag. 136. exhibito, verba sequentia: *De eiusdem manus*, *quinque habuit titulo doris*, in coaeua

coæua versione germanica *ibid.* sub No. CH. ita se habent: *Die andern fünf hirven hat di erber fruwe tzu eyme lybgedinge.* Cuius etiam fidem facit diploma pomeranicum de anno c^o CCCXIV. quod vir Celeberrimus Dn. ALB. G. SCHWARTZ nuperrime publici fecit iuris, in appendice scripti elegantis, cui titulus: *Historische Abhandlung von der Gemeinschaft des Ursprungs der ubralten Hochfurftl. Häuser Anhalt und Rugen*, sequentibus huc pertinentibus verbis: *cui Dominus Comes nomine DOTIS QVAE LIFGHEDINGHE dicitur, castrum cum oppido Cozwick cum CCC. marcis argenti, redditum intra annum et diem, postquam suum thorum intravit, assignabit.*

Defendit equidem B. de LVDEWIG in *Diss. de dote mariti*, morgengabam significare dotem maritalem, cuius TACITVS l. c. mentionem facit, nec ab hac fuisse distinctam; verum B. GVNDLIN-GIVS, huic iam contraiuit singulari sententiae, contrariumque legibus et chartis antiquis satis confirmavit, in *Diss. de Empl. Vxor. C. III §. XXV.* quem etiam secuti sunt B. HEINECCIUS in *Elem. Iur. Germ. Lib. I. Tit. X. §. CCXV.* et III. AYRERVS in *Diss. II. de iure connub. apud veteres germ. § X.*

*Differat a
Morgengaba.*

§. VIII.

Res vero in quibus haec antiqua dos vxori fuit constituta, erant vel pecunia, vel praedia, agri, mancipia, pecora; quas regulariter matrimonii auspiciis illi promissas, non nisi soluto matrimonio, ex defuncti mariti percipiebat hereditate.

Res, in quibus fuit constituta.

B

Constat

Constat hoc ex tot libellis a Francis confectis & a B.
HEINECCIO c. l. §. CCXXXVII. adductis; ac
 antiqua Saxonum Lex *Tit. VIII.* §. I. expresse ait:
babeat dotem, quam in nuptiis accepit; et L. Ripuar.
Tit. XXXVII. sic disponit: *Si virum supervixerit,*
L. solidos in dotem recipiat. add. L. Alem. *tit.*
LVII. §. I. L. Burgund. *tit. LXIX.*

*Quarum re-
gulariter v-
sum fructum
accipiebat vi-
dua.*

*Quandoque
tamen plenum
dominium.*

Ordinarie tamen harum rerum saltem usus-
 fructus, siue dominium utile, ad viduam trans-
 ibat; nisi pactis dotalibus aliter erat constitutum.
 Sic enim quandoque ex speciali conuentione,
 haec dos plenissimo dominii iure, cum alienandi,
 commutandi, donandi, vendendi facultate fuit
 promissa. Ex quibus pariter patet, quod Teuto-
 nibus licuerit, pactis definire dotis rationem; quae
 in scripturam redacta, certis solemnitatibus per
 festucam et andalangum firmare solebant.

Prius patet ex LL. *W*isigothorum *Lib. III. Tit. I. §. 5.*
*B*urgundionum *Cap. XXIV.* *S*axonum *Cap. VII.* et
 argumentis a B. **HEINECCIO** c. l. §. CCLIII. ad-
 ductis. Posterior vero variis antiquis tabularum
 seu chartarum instrumentis probant, B. *GVND-*
LINGIVS in cit. *Diss. §. XIX.* *III. ESTOR* in *Diss.*
an dotal, cessef propter sec. nupt. *Cap. VII. §. IV.*
VAL, FERD, de *GVDENVS* in *Syl. var. Diplom.*
in Dipl. promisc. N. XX. pag. 609; et *HEINECCIVS*
c. l. §. CXXXIII. in not.

*Quantitas
diuersa depre-
henditur in
diuersis Ger-
maniae pro-
vinciis.*

Circa quantitatem mores Germanorum sunt
 diuersi. Antiquissimo Saxonum iure dotis quan-
 titas arbitraria fuisse videtur, et ex conuentione
 contrahentium, siue sponsi liberalitate pependisse.

In

In aliis legibus antiquis certa quantitas fuit determinata.

Sic apud Francos Lex Ripuaria Tit. XXXVII. dotem mortuo marito quinquaginta solidorum esse statuit. In lege Wisigothorum Lib. III. Tit. I. §. V. quisque non ultra decimam bonorum partem dotis loco sponsae constituere poterat. Et apud Alemannos quantitas legitima erat quadraginta solidorum, L. Alem. Tit. LIV. add. HEINECC. c.l.

Extinguebatur tandem, non viduae solum morte, sed et quandoque secundis eiusdem nuptiis: Atque tunc ad defuncti vel filios vel agnatos fuit reuersa.

Quam in rem faciunt L. Saxon. Tit. VIII. §. III. L. Alem. Tit. XVI. L. Burgund. Tit. XLII. et LXIX. §. i. vt et diplomata a IO. CHR. LVNIGIO in Archiuo Imperii, Spicil. Sec. II. p. 1041. 1309, ac GEO. MELCH. de LVDOLPHO in Tract. de foem. illustr. P. II. Cap. II. §. VIII. n. 4. et in App. Part. III. No. IX. adducta,

§. X.

Talis dotandi vxores mos satis diu in vniuersitate Germania mansit in vsu, vsque dum ius ciuile Romanorum pedetentim in forum germanicum fuit introductum, cumque placitis domesticis commixtum. Noua tunc cum iure nouo introducebantur vocabula, cumque his et nouas accipiebant formas. Idem maritali accidit doti. Iam enim bona mulieris marito oblata, genere loquendi romano dicebantur *dos*, contra mariti

*Quo tempore
fuit extincta*

*In Romano-
rum hanc
materiam
valde contur-
banis, con-
fundendo do-
tem cum do-
talitio.*

B 2

opes

XII SECTIO PRIMA DOTALITII ORIGINEM

opes vxori destinatae, quo post mortem eius habeat vnde se alere, et digne pro conditione mariti exhibere possit, nouo dotalitii adpellebantur nomine. Ut igitur dotalitium non nisi nomine, ab antiqua maritali dote sit distinctum, similique fine vxoribus a maritis praestitum; de quo in Romanorum iurisprudentia ne verbulum quidem occurrit.

*Id quod re-
stantur varia
medii aei
monumenta.*

Dicta probant innumera mediæ aëi monumenta, in quibus saepissime dotalitii et dotis vox promiscue in uno eodemque adhibetur significatu. Liceat hunc in finem libellum dotis, quem B. de LVDE-WIG in Disp. de dote mariti §. VII. p. 28. ex LVCAE DACHERII Tom. VII. Spicil. ad annum clo CCCLXII. pag. 203. exhibit, hic repetere, in quo sponsus ita scribit: *Ego Richardus Dux Normano-rum accipio te Adela in coniugem. Concedo tibi de iure DOTALITII ciuitatem et CCCC. Haec omnia tibi habenda lege DOTIS, ut iuxta nobilitati tuae lineam dotata mibi iungaris. Cuius cesso-nis DOTALITIO ut firmitas, manu propria sub-scripsi. Ego. Richardus hoc DOTALITIVM fieri iussi.* Quod igitur principio dotis nomine adpellatur; illud in fine dicitur dotalitium: licet dotis ab Adela illatae nulla memoria. Id quod etiam probat diploma a supra laudato Dno. A. G. SCHWARTZ in der Pommer. Lebens-Historie P. II. p. 386. exhibitum, verbis: *CAROLVS no-tum facimus uniuersis, quod constitutus in nostræ maiestatis præsenzia illustris Barnim Stettin - Agneti ducisse consorti sue Ducatum Stettinensem - - in DOTEM et DOTALITIVM dedit et coram nobis iuslo dotis et dotalitii nomine resignauit - -*

Supra-



Supradicte ill. Agneti Supradictam dotem seu DOTALITIVM, ut moris est, principibus huiusmodi dotes babere cum omnibns suis pertinentiis nullo excepto approbamus, ratificamus . . . Idem adparet ex chartis, a Perill. HENR. CHRIST. de SENCKENBERGIO, Iudicii Imperialis haud ita pridem euocati Consiliario, Meditat. Fasc. I. Med. III. sub No. XXII. seqq. adiunctis. Et in ipsis legibus antiquis, saepe dotes et dotalitii promiscuae fuerunt appellations. Sic enim in legibus Normannicis Lib. II. cap. XLVII. §. II. ab B. de LVDEWIG Tom. VII. Rel. Mſſ. editis, disponitur: inquirendum esse, vtrum feudum in dotem habuerit vxor ratione viri sui, et vtrum requirens propinquior heres sit illius, de cuius possessione dotalitium factum fuerit. Tandem quoque consentientes habeo viros, et eruditione clarissimos et auctoritate grauissimos et rerum germanic. peritissimos BOEHMERVM, DITHMARVM, ESTOREM, GAERTNER VM, GVNDLINGIVM, HEINECCIVM, LVDEWI GIVM, SENCKENBERGIVM, aliosque.

*Antiquae
Germaniae
leges.*

*Consensus
Doctorum.*

S. XI.

Ad hanc vniuersae Germaniae consuetudinem dotandi vxores, et patriae quondam incolae suos adcommadarunt mores. Nullum enim est dubium, quin non Vandali Germanorum vetustissimi, qui, testantibus PLINIO et TACITO, moribus suis maris Balthici littus occuparunt atque incoluerunt, institutis solum et consuetudinibus germanicis antiquissimis temporibus fuerint instructi; sed etiam Varini, gens vandalica,

*Ex Patriae
quondam in-
colae hunc
dotandi uxores
morem serua-
runt.
Vandali.*

Varini.

XIV SECTIO PRIMA DOTALITHI ORIGINEM

proprie quondam Mecklenburgicam incolentes prouinciam, quum tractu temporis legibus scriptis instar normae fuerunt vsl, in illis a Germanorum moribus non discesserint. Ex antiquis enim huius populi consuetudinibus, ipsis a Francorum Regibus, nisi manifesta laborarent iniquitate, relictis, sumtac sunt hae leges, hodie sub LL. Anglionum et Werinorum nomine notae. Vnde egregium in illis, cum omnium fere Germanorum populorum moribus, consensum, et consuetudines a TACITO memoratas, vbiique cluentes deprehendimus; prout ipsa huius legis inspectio docet.

Vandalos
esse Germanos
probatur.

Sunt equidem nonnulli, Vandalo Daniae vindicantes cum IO. LYSCHANDRO, alii Suecos eos fuisse dicentes, cum GROTIO et RVDBECKIO, alii Sarmatiam primam eorum patriam fingentes cum HELMOLDO, CRANTZIO, CHYTRAEO; verum eos germanicae gentis fuisse populos, exquisitis argumentis probatum dederunt BANGERTVS in not. ad Helmoldi Chron. p. 7. B. ARPIVS in Themide Cimbrica pag. 191. variique alii. Germanos vero omnes cum aliis rebus, tum forma, moribus et vietu simillimos sibi esse docet STRABO Geogr. Lib. VII. p. 443. Vsum legum Werinorum in his terris belle docet Perill. ERN. JOACH. de WESTPHALVS, qui si quisquam alias de historia et iure patriae insigniter est proueritus, in eruditissima praefatione adiecta Tom. I. Monumentorum suorum, omni aere perennium pag. 105. seqq. vbi has leges contra clarissimos dissen-

sentientes, Cimbris, Anglionibus et Werinis Megapolensibus probatissimis vindicauit rationibus. Ipsas has leges exhibent BAS. IO. HEROLDVS in *Libr. Orig. et Germ. antiqu.* p. 127. FRID. LINDENBROGIVS in *Cod. leg. ant. germ.* p. 470. et GOTTFR. WILH. LEIBNITIVS in *Tom. I. Rerum Brunsv.* p. 81.

§. XII.

Nec interierunt haec instituta domestica Seculo V. facta partis Vandalorum emigratione. Residua adhuc in antiquis sedibus perstigit numerosa multitudo, cuius stirps germanica seu vandalica nunquam ita defecit, ut Vandalos veteres colonos plane subiugatos et e patria expulso quis sibi imaginetur. Venedi enim seu Slavengens Sarmatica, his Vandalorum reliquiis paulatim et gliscente sensim immigratione ita se immiscuerunt, ut facile in habitu et moribus gens genti se conformaret, et tandem sub communi nomine unus fere factus sit populus. Quum igitur apud Vandalo maritalis dos, tractu temporis dotalium dicta, fuerit in usu; et advenientes Slauos eundem conseruasse morem admodum est probabile. Sine enim dubio in vandalicam ciuitatem ea praeципue conditione fuerunt recepti hospites, ut avita imperii constituta et leges, quas dicunt fundamentales subirent, quod pluribus docet Cel. Dn. ALB. GEO. SCHWARTZ *im Versuch einer Pommerschen Lebens-Historie* p. 21.

Quod

Vt et Slani.

XVI SECTIO PRIMA DOTALITII ORIGINEM

Quod de moribus Venedorum ex Anglionum, Herulorum, Burgundionum institutis, coniectura sit facienda, probatum dat B. ARPIVS in *Themide Cimbrica p. 216. n. 133.* Habuerunt equidem Venedi et proprias suas leges atque consuetudines, quarum *consuetudinis Slauonicae* titulo, in diplomatis nostris saepe mentio fit, quasque laudant *Annales Fuldenses p. 21.* Verum haec leges Slavis propriae neque literis consignatae, neque populo in tabulis propositae, nec vnumquam a Wandalis populis germanis in usum fuerunt receptae, teste Perill. de WESTPHALO in *laudata praeferatione pag. 118. n. d.* Quin etiam apud hunc populum Slavicum dotandi vxores mos obtinuit, testantibus Auctoribus a Cl. IO. SAM. BER THIO in *Comment. de Connubiorum ritu sponsalitio p. 59. n. II.* hanc in rem adductis.

§. XII.

Atque Saxon-
nus.

Venedis tandem ab HENRICO LEONE, Bauariae et Saxoniae Duce Sec. XII. prostratis et expulsis, ex agro Bremensi, Brunsuicensi, Westphalicoque, ciues in Megapolin sunt translocati. Quo tempore vetera iura megapolensis, praecipue Werinorum et Anglionum hactenus complexa, fuerunt recognita, ac Saxonis praeferentim institutis legibusque adaequata. Ut itaque in patria amantissima a Seculo XIII. usque ad XV, quo sensim iura peregrina, Romanum nempe et Longobardicum, sub iuris communis nomine coeperunt introduci, secundum Ius Saxonum, cum aliquot tamen exceptionibus fuerit iudicatum.

tum. Apud Saxones vero dotem maritalem fuisse in vsu, hosque circa illam antiquitus eosdem cum ceteris germanis gentibus seruasse mores, leges eorum antiquae, passim in antecedentibus **§§.** adductae satis probant,

Jus Saxononicum pro parte tunc temporis apud nos fuisse receptum, variis potest euinci argumentis. Sic enim ipsi Slavi vnicce ac perditae olim, ut sibi Saxonice iuribus vti liceret, flagitarunt. *Dentur nobis, inquit, iura Saxonum in praediis et redditibus et libenter erimus Christiani*, teste HELMODO in Chron. Slav. Lib. I. Cap. LXXXIII. §. IX. add. Lib. II. Cap. XIV. Adparet hoc etiam ex eo, quod HENRICVS BVREVINVS I. in priuilegio ciuitati Parchimensi, sub illius instaurazione A. C. clo cc xviii. indulto, constituerit: *Se nolle res expeditorias et geradam ex bonis defunctorum deduci.* Quae gerada nullo nisi saxonico iure est recepta, probante WILH. SCHMINCKIO in Tr. de Gerada Concl. I. Ut taceam alia diplomata mecleb. ex quibus eius rei indubia extant indicia. Patet porro ex responsione ad Qv. de vsu Hergewettae in Megap. Seren. Principi VLRICO a quibusdam ex ordine Nobilium Anno clo 15 LXXXI. data, quae ita se habet: *Weilen dieser Gebrauch aus dem Sachsen Recht eingefüret*, apud Jll. GEORG. GVST. de GERDES in den Saml. Mecklenb. Scbriften und Vbrkunden, collect. I. No. XXVII. pag. 78. Idem testimoniis suis comprobant ALB. KRANTZIVS in Vandal. Lib. IV. Cap. XIII. ERNST. COTHMANNVS Vol. Resp. XXVI. n. 222. 269. MATTH. IOH. de BEEHR in Reb. mecleb. Lib. IV. Cap. VII. pag.

XVIII SECTIO PRIMA DOTALITI ORIGINEM

641. C. S. SCHVRTZFLEISCHIUS in Disp. de Reb. Mecleb. §. II. Jll. CHR. GEORG. IARGOVIVS, rerum prouinciae nostrae peritissimus, in aucta atque emendata Kluver. descript. Duc. Mecleb. Part. I. pag. 140. Ac verba Deductionis nomine Ser. Principis ac Ducis CHRISTIANI LUDOVICI de non exsoluendis debitis cer. Anno clxii cccxxxviii, promulgatae, quae §. IX. p. 14. ita fluunt: *Da diese Lande das Jus Saxonicum zugleich mit dem Christentum angenommen, und in der Stadt Privilegien, Lebens und andern Einrichtung zum Grunde gelegt, add. §. X.* Sunt equidem qui Juris Saxonici auctoritatem in Mecleb. provincia negant, quod faciunt PET. TORNOVIVS in Tr. de Feudis Mecleb. Cap. III. Sect. VI. §. XVI. pag. 697. AVCTOR Defensionis des Mecklenb. Brau- Rechts pag. 53. refutati ab Jll. IARGOWIO c. l. P. II. p. 767.

§. XIV.

Hinc dotaliti constitutio in patria inveniuit.

Quum itaque vniuersalis Germaniae fuerit consuetudo, maritos vxoribus dare dotes (§. VI.) et tam Vandalorum mores, quam Werinorum leges huic conuenerint consuetudini (§. XI.), Slauosque his vniuersalibus institutis suos adcommodauerint mores (§. XII.), nec Saxonum tempore, ab his fuerit secessum (§. XIII.); dos vero antiqua maritalis, ab hodierno non differat dotalitio (§. X.): nullus adfirmare dubito, quin in patria receptum dotalitium Viduarum Nobilium, moribus et institutis clarissimorum, qui has successive incoluerunt terras, populorum, fuerit introdu-

troductum, ac ex obseruantia longique temporis
vſu comprobatum.

Proinde *Reuersales Prouinciales de Anno clo 15 c XXI.*
 §. xxviii. notanter de dotalitio ita disponunt: *Er-
achten wir den Rechten und Herkommen gemäss.
Ac in pacto hereditario inter Ser. Fratres Duces
Megapol. HENRICVM, ERICVM et ALBER-
TVM, Anno clo 15 iv celebrato dicitur: De
schul und mag ſinen Gemahl enen Widem und liff-
geding - - und wo in unfern Forſtendohm gewöbn-
lich vermacken, ap. Jll. de GERDES c. I. p. 27.
Nec non in *Ordinat. Polit.* de Anno clo 15 LXXII.
Tit. von Erbschaften, conſtitutum legitur: *So viel aber
die Leben Güter belanget, damit foll es nach dem
beſchriebenen Lehn Rechte, und beſtändigen Gewohn-
heiten unsers Fürſtenthums gebalten werden.* Id
quod etiam testimonio ſuo comprobant B. ERN.
 COTHMANNVS, Vol. IV. R. VIII. n. 54 ac Con-
ſult. Dn. CAR. HENR. MOELLER in pererudi-
ta commentarye, *de vſu praktico diſtinct. feu-
dal.* Diſt. VI. n. 1. ubi generatim euincit; omnia
feudorum Megapolitanorum singularia magis ob-
ſeruantiae & immemorialis temporis conſuetudi-
ni, quam iuri ſcripto originem debere.*

§. XV.

Haec de intentione introducentium, et na-
 tura Dotalitii primaeva, ad eruendam veram
 eius indolem, duxi praemittenda. Vſu enim ni-
 titur haec res hincque ex patriis moribus est ex-
 pedienda euoluendaque. Mores vero ex actioni-
 bus hominum conſtant, quae omnes ſuas habent
Necessarium
eft originem
rerum in ue-
ſigare.

XX SECT. I. DOLALITII ORIGIN. ET FATA INDIC.

rationes, ex occasione, intentione, scopo, caussa
impulsua vel finali petendas. Prout igitur ratio
est anima legis et fons vnde omnes fanae legis
interpretationes sunt petendae; ita etiam Jctum
in morum rationes oportet inquirere. Haec in-
Hinc etiam originem do-
talitii.
Instituti
ratio.
iuribus sit neglecta, non potuit non euenire, quin
erroneas doctrinas pro veris tradiderint, quæstio-
nesque circa hoc ius controuersas secundum pe-
regrina Romanorum iura, ex donationis propter
nuptias natura deciderint. Id quod nequaquam
fecissent, si attentius cogitassent cur et cui usui
hoc negotium fuerit introductum. Ex vero ita-
que fundamento, et genuina Germanorum, qui
huic viduitatis lucro dederunt originem, inten-
tionem, cum qua et patriae conspirant mores, Vi-
duarum Nobilium Mecleburgensium circa do-
talitium iura deducere adlaborabo.



SECTIO

SECTIO SECUNDA, DOTALITII NATVRAM ET CONSTI- TVTIONEM INDAGANS.

§. XVI.

Dotalitii vocabulum non statim in Germania innotuit, sed dotis nomen hoc in sensu fuit usurpatum (§. XI), et quidem ex opinione GVNDLINGII in *Disp. de Emt. Vxor. Cap. II. §. II. p. 52.* vsque ad Seculum XII. Germanice dicitur *Leibgeding*, *weil es dem wib gedingt ist zu irme Lieb*, ceu loquitur *Ius Feud. Saxon. Cap. II.* saepe etiam appellatur *Leibzuecht*, *Leibvermächtnis*, *Leibguth*, *versorgung*, vel vt in antiquis mecleburgicis instrumentis occurrit, *Lifsgeding*, *Lyfghedynck*, *Liftucht*. Et ita plerumque inter nobiles solet vocari, inter Illustres vero personas, *vidualitium*, *victualitium*, *Witribum*, *Wittwenstuhl*, *Wiedum*, *Widem*.

Deriuatur vox *Leibgeding* a verbo *lib*, *lif*, *lyb*, vt olim fuit pronunciatum, denotante vitam; et *ging*, quod varias inter quas habet significaciones, et conuentionem, pactum, transactionem indicat; vt igitur significet conuentionem de sustentatione ad dies vitae, teste WACHTERO in *glossario sub voce: geding*, *leib*, et *leibgeding* pag. 539 951. In quo significatu etiam occurrit in chartis quibusdam mecleburgicis, quas exhibet Ven. Dn. DIET. SCHROEDER in *Megapoli pa-*

C 3

pali

*Quo tem-
pore Dotalitii
vox in Ger-
mania inno-
tuuit?*

*Synonyma
germ. dota-
litii.*

*Etymologia
vores Leibge-
ding.*

XXII SECTIO SECUNDA, DOTALITII NATVRAM

pali Al. IX. pag. 1574. vbi: Ao. 1386. des Sommers
don ward de koer tho S. Nycol upgelecht von M.
Hinrich von Bremen, deme hebbent se gegeren acht
Marck LIEFFGEDINGE, und sin dageliekis lon, alle
Dage dartho. Et in Primitiis Wismar. P. IV. pag.
204. Wernerus Liscowe et vxor sua Christina eme-
runt a prouisoribus ecclesie parochialis ville Odes-
kercken - - quinque marcarum Lubec. Denar.
LIFFGEDINGHE - - ipsi de medio sublatis, dicti
quinque marcarum redditus una cum summa L.
marcarum principali dicte ecclesie erunt penitus
quit et soluti. Vox Leibzucht vero est compo-
sita a leib, quod vitam et zucht, quod alimenta
denotat. WACHTER c. l. voc. leib. OTFRIDVS
Lib. II. Cap. XXI.

*Thisa dagalichun zubii
Gib biut uns mit ginubti
Victum quotidianum
Da nobis bodie cum satietate.*

Conferatur hic ill. OTTONIS RECHENBERGII
Progr. de vero significatu verborum Leibzucht
et Leibgeding, promulg. Lipsiae cloccccc xxxv:
in fol. quod mihi euoluere non licuit. Ac dota-
litium antiquis iam temporibus germanice Leib-
geding suisse dictum, probant diplomata a Celeb.
A. G. SCHWARTZIO supra c. l. in append. sub-
iuncta, in quorum uno, conscripto a. clocccccxxiv.
haec occurunt verba: *donamus pro dotalitio*
quod vulgo dicitur en LIFGHEDINGE, et in altero
quod anno clocccccxxv. est confectum, verba huc
facientia ita se habent: Singula que ex parte dota-
licii quod vulgariter en LIFGHEDINGE dicitur. Di-
uersum verbi dotalitii et vidualitii vsum obseruat
IO. VOLCK, BECHMANN in vsum pract. feud.
Ex.

Promissus
verborum do-
talitii et Leib-
geding vnu.

Diversus
verbi dotalit.
et vidualitii
vsum probatur.

Vocis Leib-
zucht.

*Ex. XLV. pag. 392. ac indicat ALB. KRANTZIVS
in Dania Lib. VII. C. XXXV. his verbis; in Dania
aliisque Septentr. Prou. Illustrum dotalitium nomi-
natur vitalitium seu victualitum, quo nomine in-
telligi volunt, id quod ad viduae illustris vitam
victumque adsignatur. Eamdem distinctionem et
ipse quandoque in chartis mecleb. inueni adhibi-
tam. Exemplum habes in Reuersalibus Seren.
Fratum IOANNIS ALBERTI et VLRICI, Du-
cum Megapol. de anno c1515 LXXII. ap. Ill. IAR-
GOVIVM, c. l. P. l. pag. 594. vbi: auch Fürstl.
Widdumbs Hauser Unterthanen, und deren vom
Adel Leibgedüngs Güter.*

§. XVII.

Fuit Germanorum in constituendo dotalitio
aequa et laudabilis mens ac intentio, vt, vxori-
bus ad tristem viduitatis statum delapsis alimenta
necessaria dignaque suppetant, vnde ita se exhibere
queant, vt honeste viuant, ac defuncti mariti
tueantur dignitatem, neque huic sint dedecori
§. VII.). Adparet ex his genuinum dotalitii con-
ceptum consistere in eo, quod sit: Adsignatio
certae bonorum mariti partis, vxori in viduitatis
solatium a marito facta, quo post eius fata, ex
harum rerum redditibus digne se exhibere queat.

*Primaria ra-
tio et finis do-
talitii.*

§. XVIII.

Ex hac dotalitii descriptione fluit eius diffe-
rentia a ceteris viduarum beneficiis, plerumque
a Doctoribus etiam doctissimis, mirum in mo-
dum

*Commixrio
dotalitii cum
iuribus aliis.*

XXIII SECTIO II. DOTALITII NATVRAM

dum confusis, germanica instituta ad Romani
iuris decempedam exigendo. Sic *donationem*

Descripsi. propter nuptias, germanice *Gegenvermächtniss, Gegen-*
mina donat. Steuer, Widerlage, Romanis vſitamat, cum dota-
propter nupt. litio prorsus conuenire plerique censem. Id que
in cauſa eſt, quare iam vetustissimis ſeculis, iura
donat. p. n. propria, huc traxerint, dotalitiisque
adplicuerint; quum tamen plane diuersus huius
& illius ſit finis. Diuersi verofines, diuersaeque
formae, diuersa oſtendunt negotia. Donatio enim
propter nuptias de alimentis durante matrimonio
vxori cauet; dotalitium vero victum illi post
viri demum mortem adſignat, vid, B. HEINEC.
CII *Disp. de uxore Rom. per propter nupt. donat. de alimen-*
tis ſecura tantum. Cap. II. §. III. vt alias taceam
differentias.

Sponsali-
eiae largita-
tis. Differt porro dotalium a *sponsalitia largitate*,
quae fit ob ſpem futuri matrimonii ad amorem
conciliandum L. XVI. C. de donat. ante Nupt. cuius et
iam plenum dominium, non ſolus transfertur
vſusfructus, nec ad vitae luſtentationem, ſed ad
firmamentem matrimonii promiſſi datur.

Morgenga-
bæ. Nec non *Morgengabe* a dotalilio eſt diſtincta,
vt pote quae in ſignum conſortii et ſocietatis fa-
miliariffimae poſt concubitum conſtituitur, ac ple-
no iure ad vxorem pertinet, de qua copioſe B.
GVNDLING in *Disp. de Emt. uxor. dote. et Morgen-*
gab Cap. III. §. V.

Sic

Sic etiam a *Lucro dotis* discedit, quod in Me-
gapoli nostra, est dimidium tanti, quantum in do-
tem maritus adcepérat, de quo Deo dante in Spe-
cimine III. de Vidua Nob. Mecleb. pluribus agam.
Conf. interim FRID. GOTTL. STRVVII, leti
Kilon. Disp. de Lucro dotis eiusque priuile. in concursu cred.
Tb. XII. Aliorum beneficiorum, viduis compe-
tentium, iura et effectus, cum illis dotalitii iam si-
gillatim contulerunt, ac eorundem inter se osten-
derunt differentiam MYLERVS ab EHREN-
BACH in Gamol. Cap. X. §. VII. s. et HANS LEOP.
RANZOW von der Huvenbands Gerechtigkeit Sect. II.
membr. III. §. VI. VII.

*Lucro de-
tis.*

*Aliorum be-
neficiorum vi-
duae.*

§. XVIII.

Antiquissimis iam temporibus vſu obtinuit,
vt vxoribus dotalitia constituerentur, (Sect. I.)
quae res ita inualuit, vt quod antea moribus fal-
tem obtinuerat, in quibusdam postea prouinciis
expresse iniungeretur. Si igitur Leges prouin-
ciales dotalitii constitutionem requirunt, marito
illud ex praescripto legis constituendi incumbit
necessitas. Nulla vero de constituendo dotalitio
ſi emanauit dispositio, a mariti dependet volun-
tate, num vxori hoc viduitatis solatium conce-
dere velit nec ne, quod tunc vidua, niſi a mari-
to promiſſum, petere nequit. Vnde dotalitii di-
uifio in legale et conuentionale eſt exorta; de

*Dimidiatur
dotalitium in
legale & con-
uentionale.*

D

quo

XXVI SECTIO II. DOTALITII NATVRAM

quo posteriori illud constituendi modo, in patria
visitato, mihi in sequentibus tantum erit sermo.

Exemplum
dotalitii lega-
tis.

In patria
dotalitii con-
stitutio nititur
pacto.

Sic in des Ertz-Stifts Bremen Ritter Rechts Tit. VII.
ap. LVNIGIVM in Jur. Feud. Ger. Tom. I. pag.
1391. dotalitii constitutio marito expresse est in-
iuncta, verbis: *Der Mann ist schuldig seiner Haus-
frauen bald in der Ehestiftung oder aber bernach
ein Leibzucht oder Leibgeding zu verordnen, mit
einer bequemlichen Wohnung, Haus, Hof, Acker,
Wische, Weide und Lande davon sie sich nach Noth-
durft und Gelegenheit der Güter in ihrem Stande
erhalten könne.* In Megapoli vsu nititur hoc vi-
duitatis solatium, ab antiquissimis patriae incolis
hic inductum moribusque receptum, (§. XLIII.)
hincque extraordinarium viduae est beneficium,
quod ex mariti solum promissione debetur. Idem
docent Viri celeberrimi, insigni iuris nostri dome-
stici peritia instructi B. TORNOVIVS de feud.
Mecleb. P. I. p. 490. B. COTHMANNVS Vol. IV.
Conf. VIII. n. LIV. et B. MEVIVS in Jur. Prov.
Mecleb. Tit. VI. §. XXI. quod exhibit Perill. de
WESTPHALVS in Tom. I. Mon. Inedit. vbi:
*Zum andern gebübret der Witwen gegen das Ebe-
geld ein Leibgeding, daferne es ver macht, oder
versprochen.* Quorsum etiam spectat, Art. VII.
Tit. XII. ita dicti, *Proiect des Mecklenb. Lebn Rechts*
in verbis: *Da aber der Mann seiner Ehe Frauen
gar kein Leihgeding ver macht oder versprochen.*

§. XX.

Intra quem
modum pa-
tium de dota-
litio constitu-
endo fieri de-
bet?

Modus constituendi dotalium conuentiona-
le pendet ex libero mariti arbitrio; qui vel ore te-
nus,

nus, vel in scriptis, ante, vel post nuptias, inter viuos, aut vltima voluntate hanc viduitatis prouisionem suae promittat vxori, nihil interest. Sufficit, modo constet de mariti voluntate, absque vlla etiam solemnitate declarata. Sola enim promissio & consensus hic satis est, *L. I. §. III. D. de pact.* quum omnia pacta quae nec legibus, nec bonis contrariantur moribus sint seruanda, idque et naturali aequitati, et bonae fidei maxime conueniat.

Plerumque tamen super dotalitii constitutione vel expressa pacta dotalitia *Leibgedings*. *Verscreibunge* confici, vel in pactis dotalibus hac de re simul disponi solet. Idem communiter a Mecleburgicis obseruatur Nobilibus, vnde etiam in *Reversal. cit.* §. XVIII. ita expresse de dotalitio est sancitum: *Es wäre dann das in denen Heyrath und Wittums Verschreibungen, so mit Furstl. und Vætterlichen Consens aufgerichtet, ein anders versehen.* Et patriae quondam Cancellarius HENR. HVSANVS in *De lin. Jur. feud. meclb. Cap. XXV.* quam in Sylloge monum. meclb. edidit. Ill. de GERDES hanc in rem sic scribit: *Das vor allen Dingen auf die Ehestiftungs Briefe und Leibgedings Verschreibung ob einige vorhanden, gesehen wird.* Idem docet MEVIVS c. I. §. I. verbis: *Wenn iemand auf seinen Todes Fall seiner Ehe Frau in den Ehepacten oder sonstern bernach durch gewisse Verträge ein Leibgeding vermachts.*

*Plerumque
in pactis do-
talibus simul
constituitur.*

§. XXI.

Quidquid igitur tali pacto dotalitii nomine a marito promissum probari potest, illud quoque

*Herodes ob-
servare de-
bent quod pa-
ctis conuen-
tum.*

XXVIII SECTIO II. DOTALITII NATVRAM

viduae post maritimirtem ab eius heredibus praestari debet. Heres enim personam defuncti repraesentat, adeoque in omnia eius iura & obligationes succedit; ad obligationes vero defuncti etiam dotalitium viduae promissum est referendum, hincque heres eius ad illud viduae praestandum est obligatus. Cessante vero conuentione de dotalitio constituendo, cessat quoque heredum hoc praestandi obligatio. Id quod tamen non valet, si ex legis dispositione viduae dotalitium debeatur; tunc enim dotalitii praestatio, etiamsi nihil plane vxori promissum sit, heredi ex legis norma incumbit.

Quod illustratur obseruantia Megapolitana.

De consuetudine megapolitana hic consentiente testatur *Proieclum des M. L. R. Tit. XII. his verbis:*
Wann nun derowegen wie es auf des Mannes tödlichen Abgang zu halten, gewisse und rechtmäßige pacta und Vereinigung, in den Ehestiftungs Briefe aufgerichtet, so seyn des Mannes Land Erben dieselben zu halten und die Frauen nach Einhalt der gemachten Vereinigung abzufinden schuldig. Quam
mente in hoc passu terebantur Terrarum Serenissimi Domini ADOLPHVS FR'DERICVS et IOANNES ALBERTVS patet ex pacto an. c¹⁵15 cxxi, inito ap. KLVVERVM c. l. P. III. p. 81. verbis:
Wir wollen auch beyde Theile, was der Furstl. Wittwen Leibgedings Verbeschreibung vermägen zu præstiren und zu entrichten schuldig seyn.

§. XXII.

Successoris
fendalis con-
sensus requiri-
ritur ad dota-

Successor vero feudalis dotalitium a marito vxori in bonis feudalibus constitutum, illi praestare

re

ET CONSTITUTIONEM INDAGANS. XXVIII

re haud tenetur, si pactum in quo dotalium promissum consensu suo non fuerit munatum. Nemini enim inuito iura possunt auferri aut minui facto alterius, B. KOELERVS in *jur. nat.* §. LCCCLXXXVII, sed si id fieri debeat alter debet consentire; vnde dotalitii iura viduae ita sunt conferenda, ne eo ipso praeiudicium immineat alii. Iam vero successores feudales feudalia bona non iure successionis vniuersalis, sed beneficio Domini feudi capiunt, vt itaque antecessor adgnatus illis dotalitii onus haud adiicere queat, ex quo ius a communi stipite et primo acquirente quaeſitum successori tolleretur, inde consensus eius hoc casu necessario est adhibendus.

Conueniunt antiqui Germanorum mores. Sic enim apud Alemannos erat in vsu, vt mariti dotes sive dotalitia ex amicorum cognatorumque consilio constituerent, id quod probant chartae a GOL-
DASTO No. IV. *Chart. alem. Tom. II. Script. rer. alem.* pag. 28. exhibitae, verbis: *Propterea dono tibi dotem sicut nostris utriusque complacuit amicis tibi donare in pago illo in loco, in villa nuncupata.* Juri quoque Saxonico hoc congruum est, dum Speculator ita verbaliter constituit: *Leibgeding mag ein Mann auf sein Leben wohl bestellen obne wissen und willen seiner Söhne, allein das der andern seiner mitbelebnten Wille darbey sey,* Spec. Sax. Part. LXXV. Lib. III. Ac Speculi Sueuici compilator vbi Part. I. pag. 298. de dotalitio verba facit, consensus heredum tamquam necessarii diserte meminit: *Es giebt ein Mann sein eigen seinem*

*litteris in bonis
feudal. consti-
tuti praeflati-
onem.*

*Consenti-
unt Germa-
norum mores.*

XXX SECTIO II. DOTALITII NATVRAM

nem Weibe wol in Leibgeding mit der Erben urlaub.
De Pomerania idem adfirmant HENEL de Dotalitio Cap. VI. §. V. lit. S. ac LVNIGIVS in Corp. Jur. feud. Germ. p. 1071. et de feudis fuldensibus IO. FRID. SCHANNAT in Clientel. Fuld. P. I. Cap. II. §. V. n. I. Argumentis hoc plenius euicerunt et ex praxi Germaniae vniuersali variis chartis antiquis nouisque probatum dederunt Perill. HENR. CHRIST. de SENCKENBERG Med. I. Fasc. III. de dotalitio et consensu agnatorum ei adhibendo §. V. ac Ill. IO. AD. KOPPEN in den Lebens Proben sub No. V. Von Verwidmung derer Leben Güter ohne Lehnsherrlichen und der Agnaten Consens pag. 187.

*Et praxis
megapolita-
na.*

De praxi Megapolitana idem obseruante testantur chartae in Mantissa huius libelli exhibitae, quarum copiam Fautor ac amicus honoratissimus, ex amplissimo diplom. mecleb. penu, pro sua mihi subministravit facilitate; nec non responsio Serenissimo Principi VLRICO quondam a quibusdam ex ordine Nobilium reddita, ad Qv. XVI. quae ita se habet: *Wir erachten Landbrauchlich das eine solche Vermächtnis ohne der Agnaten Consens nicht kraftig sey, ap. GERDES c. l. p. 86.* Quod etiam adfirmat HVSANVS c. l. his verbis: *Aber die seitlings verwandte Lebens Folger seyn daran weiter nicht gebunden, dann woferne sie ihre Bewilligung dazugegeben haben add. Pr. M. L. R. Tit. XII. art. XII.* Et ita ab Illustri ICtorum huius Academiae ordine Anno c15 Ic c xii. pronunciatum: *Hat Magnus Peccatel seiner noch lebenden Hausfrauen, Anna Bülowen, an statt einer Leibzucht, den Ritter Sitz Gevzin mit allen pertinentien, zwar mit*

*mit Furstlichen, aber nicht mit vetterlichen consens
vereschrieben, so ist solche vermachte Leibzucht zu
rechte nicht bestendig, exhibit. ab Excellent. ER.
IO. FR. MANTZELIO, viro de iure mecleb. opti-
me merito, Praeceptore quondam meo pia men-
te aetatem deuenerando, in vtilissim. Select. Jur.
Rostoch. Fasc. II. Spec. XXV. Qv. III, p. 202.*

§. XXIII.

Verum non successoris feudalnis solum, sed
Domini etiam directi consensus est adhibendus, si
dotalitium in feudo constitutum vim obtinere de-
bet. Vasallo enim in re feudali, vtile tantum com-
petit dominium, quod est relatum dominii di-
recti domino feudi competentis. Habet igitur
proprietatem tantum limitatam, hincque re feu-
dalni ita vti debet, vt domino feudi nullum inde
quoad iura feudi inferatur praeiudicium. Per
dotalii constitutionem ususfructus in viduam
transfertur, hic vero est pars dominii plenius, iux-
ta L. IV. D. de Viffr. Quum vero omnis dominii
vel partis eiusdem translatio in alterum dicatur
alienatio; L. vlt. C. de Reb. alien. non alien. ac per
feudi totius vel minimae eiusdem partis alienatio-
nem maximum inferatur praeiudicium domino
directo, plenum rei feudalnis dominium compe-
tentis, hincque, tum constitutione CONRADI II.
Feud. XXIV. §. 2. tum LOTHARII II. Feud. LII. tum
denique FRIDERICI II. Feud. LV. sit prohibita:
patet

*Consensus
quaque Domi-
ni inter po-
nendus.*

XXXII SECTIO II. DOTALITII NATVRAM

patet vasallum vxori suae sine Domini directi consensu, dotalitium in re feudali haud quaquam posse constituere.

*Id quod
probatur ex
iure germani-
co.*

Haec etiam in Germania omni aevo fuisse obseruata, variae antiquae probant chartae in primis hanc in rem exhibitae a GLAFETY *Anecdotor. Tom. I.* pag. 244. 311. 456. 459. 604. 616, et *Jll. ESTOR Parte II. der kleinen Schriften pag. 207. Parte III.* pag. 236. Ac in ipsa Imperiali camera iudicatum fuisse, sine domini directi consensu dotalitium hodie in re feudali haud posse constitui, testes sunt ROSENTHAL *de feudis Cap. X. Concl. XLV. n. 2. et Cl. X. Cap. XV. n. 4.* KOPPEN *Dec. XXXIX. n. 40.* Hocque consentiendi ac confirmandi ius in plerisque Germaniae prouinciis adhuc hodie vigere, Principisque consensum, ad dotalitium super feudum constituendum, requiri, certum est. Sic in Marchia Brandenb. dotalitium ex feudo non debetur, sine consensu domini, sed punitur et iacturam feudi trahit, licet adgnati consenserint, id quod patescit e *Confuet. Brandenb. P. III. tit. II. §. II.* ibique SHEPLITZ, ac IO.BEN.SCHARTOW *in Differ. Jur. Civil. et marchici Differ. XXVII.* De feudis Brunsv. et Luneb. hoc testatur *Jll. CHR. VLR. GRVPEN obs. I. p. 564. add. Ord. Pol. Cell. Cap. XXIV.*

*Quid in
patria valeat.*

Quid circa feuda megapolitana iuris sit, docent *Rennersales de anno clo 10LXXI. §. VIII* verbis: *Wir wollen demienigen welcher sein Leben so nicht auf dem äusserstem Fall der Anwartung oder Eröffnung stunde verpfanden, versetzen, oder auch zum Leibgeding vermachen wollte, unsren consens und will Brief nicht weigern, quae dispositio in Resolut. Caesär.*

ET CONSTITUTIONEM INDAGANS. XXXIII

Caesar, sub dato XIX. Octobr. clo lcccxxxiii. §. VIII.
confirmata. Ac Reversales de anno clo lccxxi.
§. XXVIII. Es wäre dann dafs in den Heyraibs und
Witthums Verschreibungen, somit Fürstl. und Vät-
terlichen Consens aufgerichtet &c. add. §. XXXI.
Proiect des Mecklb. L. R. Tit. XII. art. XIII. HVSA-
NVS c. I. Cap. XXV. apud Jll. de GERDES pag. 51.
Et dotalitiis, in chartis Mantisae sub No. IIII. & V.
constitutis, SERENISSIMI DVCES consensum
suum adcommodauerunt, ipsasque dotalitii tabulas
confirmarunt; Add. B. COTHMANNVS Vol. I.
Resp. XLVIII. n. LXXXIX.

§. XXIII.

Dotalitium non transfert proprietatem in
viduam, sed per modum tantum <sup>Dotalitium
iure vſusfructus illi
etius constitui-
tur.</sup> vſusfructus illi
prospicit. Quum enim constituatur in viduae
sustentationem ac conseruationem (§. XVII), ad
hunc vero obtinendum finem, haud necesse fit,
vt plena bonorum proprietas in viduam transfe-
ratur, sed eorum fructus illi concessisse sufficiat,
et praesertim in feudis, in quibus dotalitium com-
muniter constituitur, dominium directum nun-
quam a domino feudi recedat; liquet inde bono-
rum dotalitii iure viduae adsignatorum, non
plenum illam adsequi dominium, sed ius tantum
his vtendi fruendi.

§. XXV.

Limites vero huius vſusfructus non ex iure
Romano, quod plerique faciunt, sed ex moribus
<sup>Cuius limi-
tes ex iure
Germanico
ponendii.</sup>

E

XXXIV. SECTIO II. DOTALITH NATVRAM

institutisque veterum Germanorum, quae dotalitio dederunt originem (Sect. I.) sunt ponendi. Vsusfructus vero germanicus vtili aequipollat dominio, testantibus B. de LVDEWIG *in Iure Client. German.* pag. 170. et B. HEINECCIO *in Iure Germ. Lib. II. Tit. II. §. XXXVII.* Quum itaque vtile dominium in proprietate limitata coniuncto usu fructu consistat, (per def.) patet quod vidua in bonis iure dotalitii illi promittiis praeter usumfructum proprietatem limitatam, siveque vtile consequatur dominium.

Vidua antiquis temporibus vtile dominium rei in dotalitium datae est consecuta.

Ita etiam in legibus et chartis antiquis saepissime, il lud quod usufructuario iure viduis in pactis dotalibus promissum, illis proprium esse dicitur, teste B. HEINECCIO c. l. §. XXXIII. et viduas vtile dominium in praediis dotalitiis fuisse consecutas, probant Perill de SENCKENBERG *in Select. iur. et hist. Tom. III.* pag. 567. not. a. FLEISCHER *in Iure feudal. Cap. XX. §. VII.* pag. 757. ac G. F. DEINLIVS in Diff. de vidua *Vassalli ab usufructuaria cautione intuitu dotalitii immuni* §. IV. vbi particulas dominii vtilis in dotalitio conspicuas recenset.

Id quod etiam in legibus Mecleb. fundatum.

His pariter conueniunt clarae Reversalium Mecleb. de anno clo 10xxi, litterae, quando §. XXVIII. dotalitium viduis Nobil. Mecleb. constitutum, iuri usufructuario filiabus Nobilibus Mecleb. certo casu in feudo competenti, his comparatur verbis: *Es soll mit demselben der melioration und deterioration halber allermaassen, wie oben im Punct von Erbjung-*

Erbjungfern disponiret, observiret und gehalten werden. Hoc enim usufructuarium ius, multum a Romano differt usufructu: id quod non ipsa solum dispositio citati Recess. prouinc. §.XXVII. sat superque indicat, sed et variae huius et illius iuris differentiae, a Viro Gener. Dn. de LAVTZOW in *Diss. de Virgine Nobili Mecleb.* sub praesidio beati nunc MÜLLERI habita Cap. II. §. 66. adductae, probant. Pertinent huc etiam verba chartae in *Mantissa* sub No. IV. exhibitae, in qua ita disponitur: *Ock heft he vor latein veer drompt meels inn de Buschmolle de wy er gelendt hebben tho enne brucklichen Liffgedinge quieth und frie sunder vtblosendt tho besittende, et illius sub No. VI. welches alles seine ebeliche Hausfrau an statt der 200. fl. nach seinem Tode inne baben, nutzen und darmit thun und lassen soll als mit andern ibren Gütern.*

§. XXVI.

Finis dotalitii primarius est viduarum conservatio et sustentatio. Finis enim est illud quod agens actione sua intendit. Maritus vero qui vxori suae dotalitium constituit, intendit dare illi, aliquam bonorum partem, ad vitam lautiorem post fata eius viuendam, atque dignitatem maritalem, quam etiam vidua retinet, honestius tuerendam (§. XVII.). Ad hunc obtainendum finem nulla a patre vel fratribus vxoris dotis praerequiritur datio; quin tunc potius dotalitio indigeat vidua si est indotata: ut itaque a recta aberrent via, qui, quod fere faciunt omnes, dotis compensationem pro dotalitii primario habent fine.

E 2

In

*Viduarum
sustentatio
non vero doris
compensatio
est primarius
dotalitii finis.*

XXXVI SECTIO II. DOTALITH NATVRAM

*Validitas
dotalitio in
bonis feudali-
bus absque re-
spectu ad do-
tem constitu-
to adseritur.*

In allodio vxori indotatae dotalitium posse constitui, nonnulli equidem concedunt; ast ex bonis feudalibus nunquam deberi dotalitium, nisi dotis versio in feudi vtilitatem sit probata, omnes Dotatores, quot quot mihi hac de re euoluere licuit, acriter defendunt. Fundamentum quo innituntur, consist in eo; quod aes alienum vasalli nec dominus directus, nec successores debeant I. F. XLV. sive nec ad praestandum dotalitium in feudo constitutum teneantur, si ex dotis in feudum versione, non melior facta sit feudi conditio; tunc enim aequum putant, vt vice mutua dotal. in dotis compensationem ex feudo praestetur. Quum vero, vt dotalitii onus feudo imponatur valide, consensus domini directi successorumque adcedere debeat, (§. XXII. XXIII.) ; paret inde, dotalitium non ideo ex feudo esse praestandum, quod dos in eius vtilitatem sit versa, sed ex Domini directi, ac adgnatorum consensu, ex quo obligantur ad dotalitii semel conuentu traditionem. Cessante enim hoc consensu, nec ad praestandum e re feudali dotalitium tenentur, dote quamquam inlata, inque feudi vtilitatem versa. Si tamen maritus expresse intuitu et respectu inlatae vel adhuc inferendae dotis, dotalitium vxori consentientibus Domino directo et successoribus constituerit, eius voluntas utique erit attendenda, (§. XXI.) sive dotis ratio habenda; quod vero mihi erit dotalitium irregulare et extra ordinarium.

*Et dotalitia
megapolitana
absque respe-
ctu ad dotem
possunt consti-
tui.*

Dotalitia Megapolitana, quin etiam non habito ad dotem respectu, deficiente hac de re lege prouinciali, possint constitui, nullus dubito. Quum enim Sere-

Serenissimus Princeps VLRICVS, inter quæstiones feudales saepe citatas, et sequentem in ordine XIII, quibusdam ex Nobilium ordine proponebat: *Wann die Frau keinen Brautschatz eingebroacht, und der Lehnmann hätte sie gleichwohl bey seinem Leben beleibgedinget, ob auch die Erben und Lebensfolger solches zu halten und wie hoch die Agnaten zu consentirenschuldig seyn?* responderunt; *Bey dieser Frage wissen wir uns keines gewissen Landes Gebrauchs zu erinnern,* ap. de GERDES c. l. p. 96. Ex antiquis ergo germanorum moribus, nullum in dotalitio constituendo dotis respectum habentibus (§. VII.) et genuino dotalitii conceptu, proposita quæstio erit dijudicanda et decidenda. Ita quondam in Megapoli ante iuris romani receptionem usu obtinuisse, docet charta, inter libello huic subiunctas, antiquissima de anno 130 CCCLXXXVIII, sub No. I., in qua dotalitium absque ad dotem respectu fuit constitutum. Sic enim disponitur: *De teyn marck desses vorbenameten Gheldes dat schal wesen ere lyfgedinghe, de anderen teyn marck dessen Gheldes dat schal wesen ere erve, vor hundert lübische marck de se rede to my bracht heft.* Illustrant hoc etiam verba diplomatis anno 130 CCCXVII. conscripti, et a beato nunc JO. MENON. POETKERO in P. III. Collect. Docum. Mecleb. sub No. II. exhibiti, quae ita fluunt: *comes Hennekinus ducet SINE PECVNIA relictam Marchionis Johannis dominam Catharinam, cui dotalitium assignabit.*

§. XXVII.

Est igitur finis dotalitii vnic ex principio §. præcea, adducto aestimandus ac ponendus; et

E 3

Inde conclusiones e deductis securitate sic deductae eriqueae sunt.

XXXVIII SECTIO II. DOTALITHI NATVRAM

sic sua sponte conclusiones erroneae, ex eo deriuatae principio, quod dotalitium eum detur in finem, ut pro dote sua mulier eo sit securior, corrunt. Incongrue enim hae conclusiones ex peregrini Romanorum iuris adsertis de donatione propter nuptias, ad dotalitium trahuntur, instituto quippe germanico inadplicabiles.

*Quarum non
nulla recen-
sentur.*

Hinc operam ludunt Doctores in decidendis quaestioribus, quas sibi circa dotalitiis ad dotem respectum communiter fingunt. An scilicet praesumtio in dotis inlatione fit admittenda? An probata dotis inlatione, versio eius in feudum praesumatur? Quid valeat si metu coacta foemina dotem promiserit? Num confessio mariti eiusque apocha ad probandam inlationem sufficiat? Num dotalitium debeatur, quae dotem promiserit non soluerit? An vidua post mariti mortem dotem offerre & tunc dotalitium petere possit? An dote illata tacite praesumatur? An dotalitium exigere, an vero dotem repeteret viduae consultius sit? De quibus et variis aliis late disputant HENELIVS ab HENNEFELD, ROTSCHEVTZ, SPRENGER, TABOR in suis *Tract. de dotalitio*, nec non MYLERVS in *Gamologia* et NEVENHAN in *Tr. de iur. ac priuil. viduitatis*, TORNOVIVS, *cit. loc.* pag. 475. aliquie.

§. XXVIII.

*Quae nam
res in doza-
litium dari pos-
sunt?*

Per dotalitiis constitutionem vtile in viduam transfertur dominium (§. XXV); quaelibet igitur res in dotalitium dari potest, cuius dominium in

in alterum transferri sique alienari potest. Et si sub certa solum conditione est alienabilis, sub ea tantum in dotalitium potest constitui. Hinc res feudales non nisi confensu domini directi et adgnatorum in dotalitium dari possunt (§. XXII. XXIII). Res vero allodiales secundum suam naturam pleno possidentur dominio, adeoque pro lubitu mariti, in cuius patrimonio existunt, iure dotalitii in vxorem possunt transferri. Nec refert siue sint corporales, siue incorporales, puta in iure consistentes, veluti sunt ius venandi, ius piscandi, iurisdictio, annuae praefestationes et his similia. Siue porro sint mobiles vel immobiles, ut funda, praedia, agra, prata, aedes, stagna, molendina &c. Harum enim omnium plenum dominium alicui competere, adeoque illud in directum & utile diuidi, hocque in alterum transferri potest.

Id ipsum quoque antiquae et nouae chartae mecleb.
euincunt probantque, Etenim in diplom. sub
No. IV. Mantissae ita disponitur: Ock heft her vor-
laten veer drömp meels inn de Buschmolle; et No.
VI. Beleibgedinget habe zu bohen Siritz mit 5. Bau-
bufen und 5. Cossaten im Dorffe Blumenholte einige
Hebungen, und in der Lippelnwischen Müble die
Matten Freyheit. Spectant huc etiam verba di-
plomatici, quod exhibet Consult. Dn. RVDLOFF
ir Disp. de natal. comment. iuris usufr. fil. Nobil.
in Megap. in App. No. V. pag. 25. Tho erer Lif-
tucht, dy Helfte an der Pacht unde Bede und am
Rechte unde Deenste, Ac in Reuersal. Seren. Dom.
IOAN-

*Illustratio
ex diplom.
Mecleb.*

IOANNIS ALBERTI et VLRICI, Dicūm Meclēb.
de anno cī 10 LXI. quas exhibet III. IARGOW
c. l. P. I. pag. 589. legitur: *Welche Güter, Einkom-
men, Zinse, Herrlichkeit, Gerechtigkeit, erblicher
oder leibgedings weise inne gehabt besessen oder
genossen.* Communiter tamen in Megapolī viduis
Nobilibus certus fundus dotalitii nomine tradi-
solet, vt inde redditus annuatim percipient, testante
praxi quotidiana cuius exemplum praeberet pactum
dotalitium, a B. TORNOVIO c. l. P. I. pag. 474.
adductum.

§. XXVIII.

*Res fungi-
biles sub cau-
rione tantum
in dotalitium
dari possunt.*

Res vero fungibles proprie in dotalitium dari
non possunt. Vsu enim hae res consumuntur, ac
in dotalitio vtile dominium, vsumfructum adeo-
que et vsum sub se comprehendens, transfertur;
hinc substantia rei fungibilis per vsum periret, si
iure dotalitii concederetur, de qua tamen illimi-
tate disponere non licet, nisi proprietatem rei
illimitatam habenti. Quum vero per cautionem
effici queat, vt idem sit, ac si, non obstante vsu,
dotalitii substantia salua maneret; res fungibles
hac praestita cautione in dotalitium dari possunt.

*Exempla
dotalitii in
pecunia con-
stituti.*

Saepissime igitur viduae dotalitium in pecunia nu-
merata constituitur, vt annuas eius vsuras lucre-
tur. Habet tunc electionem, an ab heredibus
aut successoribus mariti, vel pecuniam data cau-
tione adipere, vel hac sibi praestita vsuras exi-
gere velit. In patria idem obseruari docent nos
verba chartae sub No. V. in *Mantissa* adductae,
quae

quæ haec sunt : *Dat ick hebbe verlate[n] - - -
twyntich marck gheldes lübischer penninghe up to
borende alle Jar an myneme Gude to wendesch
Retze - - de tyn marck desses vorbenameden
Ghelles, dat schal wesen ere Lyfgedinghe, et sub
No. II. und twe marck Lyfgedinges in synem hove
to Turowe.* Quo etiam pertinent sequentia HV-
SANI c. l. verba : *Das Leibgeding, dass er ihr an
Gelde oder an liegenden Gründen beständiglich
vermacht, ap. de GERDES. cit. loc. pag. 49.*

§. XXX.

Determinatio dotalitii quantitatis dependet
a mariti voluntate et suo erga vxorem amore.
Quum enim viduarum sustentatio sit finis dota-
litii (§. XXVI.), huiusque sustentationis deter-
minatio, a constituentis dependeat voluntate,
(§. XX.), voluntas vero non uno modo deter-
minari sed variari, sive res sub dotalitii titulo
in viduae sustentationem promittenda, varie de-
terminari possit; patet posse maritum pro suo
erga vxorem amore, bonorumque suorum con-
ditione, vxori modo maius, modo minus pactis
constituere dotalitium. Sequitur et inde circa
dotalitium a marito indefinite promissum, in de-
terminanda eius quantitate, pro honorifica vi-
duae sustentatione ad dignitatem facultatemque
mariti defuncti, proportione non arithmeticæ,
sed geometricæ esse respiciendum. Semper ta-
men id erit attendendum, ne eo ipso iura alio-

*Quomodo do-
talitii quanti-
tas sit consti-
tuenda expo-
nitur.*

F

rum

XLII SECTIO II. DOTALITII NATVRAM

rum quaesita violentur, sique liberi legitimam
habeant saluam cet.

*Confusio I.
R. et I. I. er-
iam hic causa
erroris, quod
dotalitii
quantitatens
in certis dotis
vsuris deter-
minent.*

In determinanda dotalitii quantitate ad dotem esse
respiciendum plerique putant, statuentes illam in
certis dotis confistere usuris, et his quidem vel
duplicatis vel quadruplicatis. Verum enim ve-
ro posito et stabilito principio (§. XXVI.): quod
dotalitium haud quaquam in dotis compensatio-
nem remunerationemque sit comparatum, corru-
it quoque ex eo vulgaris illa Doctorum de do-
talitii quantitate doctrina. Debetur enim erronea
haec opinio falso supposito: ex donationis pro-
pter nuptias natura dotalitium esse explicandum,
quo *Sect. I.* rejecto, veriorique ex iure germani-
co patrioque substituto, conclusio quoque mu-
tanda erit. Agnoscit id ipsum B. GVNDLIN-
GIVS in *Disl. de Emt. Vxorum Cap. II. §. xxiv.*
Ait enim: *Cum dotem foemineam propter nuptias
censerent pensandam, atque utraque summa pi-
gnore indigeret, nec viri dois mulieri ab antiquo
constituti solitae immemores essent, sane duplum
videtur enatum, certo sensu quadruplum annuo-
rum redditum vel usurarum.* Hinc variis in re-
gionibus dotalitii quantitas nullo ad dotem habito
respectu est determinata. Sic in Gallia dotalitium
dimidiam partem bonorum, quae mariti sponsa-
liorum tempore fuerunt, complectitur. *Costumes
de la prevoté et le comte de Paris avec les notes de
M. du MOULIN art. ccxlvi. p. 386. 387.* In
Anglia dotalitium, tertiam partem tenementorum
terrarumque omnium quas, vir feudi iure posse-
dit, continet, vt in illa vidua ad vitae dies v/um-
fructum habeat. *COWELL Iusit, Iuris Anglic.*
Lib.

Lib. I. tit. x. §. 19. fide B. JOAN. GVIL. de GOEBEL in praefatione *Tr. de lure et iud. rusticorum* praemissa p. 12. Conferatur hic etiam Perill. Dni. IO. VL. de CRAMERI, Viri de omnibus iurisprudentiae partibus insigniter promeriti, Progr. eruditissimum: de *Aequitate quantitatis dotalitii*. Quamquam Vir Summus ex aliis principiis, adcepit ICtorum hypothesi, de reducendo dotalitio ad redditus vitales, quantitatem dotalitii determinauit, aequitatemque eius, e computatione temporis vitae, quod viduae forte sit viuendum, mathematicorum more, quam solide demonstrauit. Legatur quoque B. LVDERI MENCKENII Diff. de *quantitate dotalitii*, habita Lipsiae clo Io ccvi. dotalitii quantitatem e dotis respectu determinans.

Quantitatem dotalitii Viduarum Nobilium mecleburgensium pariter ita esse determinandam, vt viduae conditioni et fortunae fit conueniens nullus dubito. Hinc rectissime in *Notis super consuetudines feudales - mecleburgicas* a B. TORNOVIO c. l. P. I. p. 81. add. Art. VII. Tit. XII. exhibitis, fuit monitum: *Ob in fine nicht hinzu zu thun: Gleichwohl dass solch Leibgeding nach Grösse der Verlassenschaft proportioniret, und nach Notbedarf der competitirenden ehrliche alimentation und Unterhalt eingerichtet werde, und nicht übermäßig sey.* Id quod conuenit legibus antiquae Teutoniae. Quotidiana quoque praxis testatur Nobiles megapolitanos viduis suis pro arbitrio et beneplacito, quandoque vel maiora, quandoque dote minora constituere dotalitia, citra ullum ad dotem uxoris respectum, vt cognosci potest e

Quid in Me. gapoli.

diplo-

F. 2

XLIII SECT. II. DOTAL. NATVR. ET CONSTIT. IND.

diplomate *Mantissae* No. V. inserto, et pacto dotalitio a TORNOVIO cit. loc. p. I. p. 474. adducto. Saepissime equidem occurrunt pacta dotalitia megapolitana, in quibus dotis facta est mentio, eiusque habitus respectus, et ipsi Doctores domestici plerumque tradunt, in patria dotalitii quantitatem ordinarie in duplicatis dotis consistere-vfuris, id quod docent TORNOVIVS c. l. P. I. p. 486. HVSANVS c. l. Cap. XXV. apud de GERDES pag. 51. et P. M. L. R. Tit. XII. a. XII. Verum hic error, ut ex supra deductis patet, e neglectu antiquorum patriae morum, verique, quo dotalitium innititur, finis, est ortus.



SECTIO

SECTIO TERTIA,

IVRA ET OBLIGATIONES VIDVARVM
CIRCA DOTALITIVM PROMISSVM IAMQVE
ADEPTVM CONSIDERANS.

§. XXXI.

Promisso vxori a marito dotalitio, ad illud consequendum, ut matrimonium sit consummatum requiritur. Finis enim dotalitii est, ut habeat superstes vxor, quo honorem pristini coniugii tueatur; (*§. XVII.*) est igitur dotalitium consequens matrimonii, et ab eo velut a causa sua dependet. Omnis vero conditio vel dispositio polita ex matrimonii causa, matrimonii supponit consummationem, quae tum demum perficitur si omnia ea peracta, quae requiruntur, ut finis matrimonii obtineri possit. Quum itaque leges plurium Germaniae prouinciarum iubeant, ut matrimonium inituri a sacerdote sint copulandi, hicque actus carnali praecedere debeat copulae; sequitur quod sponsa, quae ante sacerdotalem copulam, sponso corpus praebuit, dotalitium haud petere possit, si sponsus, hac nondum celebrata ceremonia, fuerit defunctus.

*Dotalitium
tum demum
debetur fina-
trimonium est
consumma-
tum.*

*Hinc peti-
nequit si spon-
sus efflauerit
animam sa-
cerdotalem
ante confecca-
tionem.*

Principia supra adhibita demonstrauit Cl. R. I. W.
THYM in *Diff. de genuina sponsalium de praesen-*

*Huius cere-
moniae anti-
quitas.*

XLVI SECT. III. IVRA ET OBLIGATIONES VIDVAR.

ti et futuro notione, sub praesidio DAN. NET-
TELBLADTI, Fratris amantissimi *Halae a.p.* ha-
bita. Hierologia siue sacerdotalis benedictio cum
plerisque hodiernis nuptiarum ritibus, gentilismi
reliquiis adnumeranda, iam antiquis temporibus
moribus Germanorum fuit recepta, id quod
non *Wisigothorum L. XII. Tit. III. §. viii.* et *Lon-*
gobardorum L. I. Tit. XXX. §. xv. solum leges,
sed etiam Capitularia CAROLI M. et LVDOVI-
CI PII L. VI. cap. cxxxiii. cccxxvii. L. VII. cap.
clxxxix. ccclxiii. indicant. Conferre hic pote-
rit, qui volet KAYSERI Diff. de *Originibus be-*
*nedit. sacerdot. Giessae clo l*o ccxxxv. habitam.
SCHELWIGII Diff. de *Antiquit. consecrat. nupt.*
Celeber. MANTZELII Diff. de *Rat. decid. a bene-*
dicit. sacerdot. petitis. PETR. MVLLERI Diff. de
Hierologia s. benedict. sacerdot. in matrimonii ne-
gotio vfitato. HENR. BODINI Diff. de Anticipa-
to concubitu, variaque alia scripta hoc thema tra-
stantia.

*Einsq[ue] in
patria necessi-
tas.*

Hierologiae in terris megapolitanis vsum confirmat
Ord. Eccles. Meg. Tit. Braut und Brautigam zu
trauen und zu segnen. Immo in ORD. POLIT.
de an. clo l^o LXXII, despontati ante sacerdotalem
copulam concubentes infamiae poena notantur,
quae tamen dispositio, mutata hodie rerum facie
non obseruatur. Conf. B. SIBRANDI *Singul. iu-*
ris mecleb. Exempl. XIX.

§. XXXII.

*Requiritur
etiam marri-
monii carna-
lis*

Nec non ad dotalium adipiscendum carna-
monii carna- lis requiritur copula. Quum enim omnia ea
quaes

quae ad finem matrimonii obtinendum, necessaria prius debeant esse impleta, quam dotalitium peti queat (§. praec.), finis vero matrimonii sit sobolis procreatio, haecque sine copula carnali procreari nequeat; patet ad consequendum dotalitium promissum, matrimonii copula carnali consumationem requiri, nec hac deficiente illud vlla posse extorqueri ratione.

Sic etiam ex antiqua maiorum consuetudine, quod lucra nuptialia vir et vxor habiti non sunt, nisi post concubitum. Id quod non solum Juris Saxonici, vid. Spec. Sax. L. III. a. xlvi. et L. I. a. xlvi. v. 6. Sie ist sein Genossin, und tritt in sein Recht, wann sie in sein Bett tritt, sed totius Germaniae vsu receptum et communis quasi formula fuit, teste B. HEINECCIO in Elem. Jur. Germ. L. I. Tit. X. §. ccxii. ccxxxii. Hinc etiam in omnibus fere tabulis nuptialibus, cum sollicitudine scriptis concubitus fit mentio. Suppetat mihi eius generis instrumentum B. a LVDEVIG in Diff. de dote mariti, pag. 19. his conceptum verbis: *Praeterea, LEGITIMA CONIVNCCTIONE EXPLETA, in dote tua dono tibi, donatumque perpetuo esse volo pagos.* Ac aliud in Reliqu. Msc. Tom. V. p. 482. ita sonans: *Hoc etiam specialiter est adiunctum quod si per mortem alterius, videlicet Ladislai et Annae MATRIMONIVM NON POSSET LEGITIME CONSUMMARI, hinc nec nos, nec supra dictus Rex Bohemiae ad soluendum dotalitiam erimus oblegati.* Idem volunt consuetudines gallicae. Sic enim scribit FABERTVS ad Confuet. Lothar. Tit. III. §. XLVI. n. 265. *Toutes fois si le mari meurt, le même iour es*

*coniunctione
consummatio.*

XLVIII SECT. III. IVRA ET OBLIGATIONES VIDVAR.

et avant le coucher ou apres le coucher, mais en etat d'impuissance verifie, il n'y a lieu de Douaire. Conf. Append. formul. MARCVLFI Cap. XXXVI. Form. LINDENBROG. Cap. LXXV, LXXVIII, LXXX. Id quod pariter apud antiquos Sueo-Gothos requirebatur, teste IO. HERMANSON id Diff. de ritu nuptiarum apud veteres Sueo-Gothos habita Vpsaliae c150 CCXXVI. Tempus, inquit, quo dos exhibenda esset, postridie nuptiarum HINDRADAGS UM MARGIN. Nullae enim donationes fiebant ante concubizum, nec villa etiam inter coniuges bonorum confusio, ante confusionem corporis. Nec nudam thori conscientem hic sufficere, verum hanc in nonnullarum Germaniae prouinciarum legibus occurentem locutionem, ita ex moribus Germanorum esse explicandam, vt ipsam denotet carnalem copulam, variis argumentis probatum, in der Erörterung der rechtlichen Frage, ob durch den Deck-Beschluge, oder der Beschreitung des Ehe-Bettes, der wirkliche Beysclef zu verstehen? Quae legitur in Ephemer. cui Tit: der Prüfenden Gesellschaft zu Halle fortgesetzte, zur Gelehrsamkeit gehörige, Bemühungen. Part. II. et III. pag. 163. seq.

Speciatim
Patriae.

Idem in patria amantissima obtinere, testatur rerum patriarchum peritissimum B. COTHMANNVS Lib. II. Resp. LI. n. 137. verbis sequentibus: Hisce in locis usitate et notorie dici solet, bona coniugum simul atque RE AC CORPORE CONVENERINT, wenn das Ehe-Bette beschritten ist, in alterius bonis lucrum statutarium velut momento statim acquirere. Serpit etiam inter nos phrasis, a maioribus propagata: de Brut in dat Bedde jetten, teste supra laudato

CIRCA DOTALITIVM PROMISSVM. XLVIII

dato MANTZELIO in Dissert. de *Jure matrim.*
mecleb. Sect. III. §. vi. pag. 55. Liceat haec ex
historia mecleburgica verbis B. BEEHRII Rer.
mecleb. Lib. II. Cap. viii. pag. 343. illustrare: AL-
BERTVS Dux mez. inquit, anno c^{lo}ccccxxiii.
MARGARETHAM Septemviri FRIDERIC¹ Bran-
denb. filiam sibi desponsatam domum deducturus,
Tangermundam sese contulit, nuptias ibi celebra-
turus. FRIDERIC^V II. Episcopus Brand. sacra
peregit & sponsam ALBERTO V. pro more in ec-
clesia recepto tradidit, sed mors nuptialibus faci-
bus vix ac ne vix extinctis, ferales miserit tae-
das, repente e medio sublato ALBERTO optimo
Principe, antequam sponsae tenellae assuefcere po-
tuisse. Qua propter Princeps illa intacta rediit
ad parentem. Vidualitium iti quidem promissum
fuerat Witteburgenfis arx et praefectura. Sed
quoniam matrimonium consummatum haud fuerat
mecleburgici se ad illud praestandum haud teneri
arbitrati sunt. Ac in diplomate de anno c^{lo}ccc
xxv. quod exhibet Vener. SCHROEDER in Meg.
pap. pag. 1042. dicitur: Nos HENRIC^V D. G.
Meg. Starg. et Rost. Dominus - - - promis-
timus filiam nostram nomine Beatricem filio suo JO-
RIMARO tradere in vxorem, assignantes eidem
ratione dotis propter nuptias mille quingentas mar-
cas puri argenti intra annum et diem postquam
THORVM SVVM INTRAVERIT numerandos iuxta leges
patriae exsoluendos.

§. XXXIII.

Vbi igitur corporum commixtio locum non
habet, ibi nec matrimonium est, nec vnquam
fuit

G

Vbi nulla
thori commu-
nio ibi nullum
dotalitium.



L SECT. III. IVRA ET OBLIGATIONES VIDVAR.

suit (S.praec.). Hinc naturali coeundi potentia de-
stitutorum coniunctio, neque matrimonii neque
vxorum maritorumque dulcia nomina parit.
Vxoris vero notione et nomine cessante, cessat
etiam dotalitium.

*Inde con-
clusiones de-
ducuntur.*

Facilis hinc est decisio quaestionum a Jctis moueri
solitarum, an scilicet dotalitium habeat locum in
casu si mulier concubitum praefracte recuset? si
foemina fit impenetrabilis? si vir spado, si thli-
bia, si frigidus, si insanabilis? si fascino et vene-
ficio impotens factus? cert. Vbi enim nulla tho-
ri communio, ibi nullum dotalitium. Cont.
DELPHINI Tr. de Matrimonio Eunuchi. STRY-
CKII Diff de qualit, et condit. personar. matrimon.
contrab. HARTMANNI Diff. Kilon. de Coniu-
gib. incantatis eorumque separatione, ANONY-
MI Tr. de iniuriis quae hand raro nouis nuptis per
ligationes magicas, durch das Nestel-Knüpfen in-
ferri solent, et qui fusius impedimenta vtriusque
sexus recenset SIMONVS in Tr. de Impotent. con-
iugali. quibus add. Cap. VI. X. de matr. contr.

S. XXXIII.

*Vxor heri
ex dotalizio
spem nullam
habet nisi
mortis vel di-
uortii inter-
uentu mari-
monium sit fo-
bitum.*

Vxore ante mariti obitum vitam deponente,
dotalitium illi promissum intercidit. Constitui-
tur enim eum in finem, vt vidua facta habeat,
quod acerbissimum dolorem ob coniugis mortem
ipsi inflictum leniret, vndeque pro mariti defun-
cti dignitate vitam viuere queat. Continet ita-
que tacitam conditionem, ne vxor, quae post
mariti mortem dotalitium habitura est, prius
moria-

moriatur quam maritus. Quod si enim euenit, hoc viduitatis lucrum intercidat, necesse est. Quum etiam vxor moribus suis intolerabilibus diuortio locum dans, beneficio supra memorato, e mariti erga vxorem amore fluente, haud quam digna sit iudicanda, sequitur quod demortuo marito vxor, quae diuortio ansam praebuit, hoc excidat lucro.

Secus tamen se res habet matrimonio sine vxoris culpa per diuortium saluto, tunc enim vxori competit ius, marito defuncto, dotalitium sibi promissum exigendi. Consentient hic antiqui Germanorum mores id quod probat III. AYRERVS in Sect. II. Diff. de iure Connubiorum apud Romanos XVI. et in L. Boioariorum Tit. VII. Cap. XIV. hac de causa ita dispositum: *Si quis liber liberam vxorem suam sine aliquo vito per inuidiam dimiserit, cum quadraginta et octo solidis componat parentibus.* Mulieri autem dotem suam secundum genealogiam suam soluat legitime. Idem etiam in patria obtinere nullus dubito. Conf. Ordin. Conf. Megap. Tit. VII. Sect. vi. Von Ebescheiden.

*Secus se res
habet si mari-
tus diuortio
dederis an-
sam.*

§. XXXV.

Vivente itaque marito vxori nullum exigendi dotalitium competit ius. Constituitur enim in casum viduitatis (§. praec.) hincque est res conuenta conditionata; in conditionatis vero nec venit nec cedit dies ante euentum conditionis L. V. L. XIII. D. quando dies legat. cedat, vt igitur maritus

*Defuncto
demum mari-
to viduae exi-
gendi dotali-
tium competit
ius.*

LII SECT. III. IVRA ET OBLIGATIONES VIDVAR.

ritus dum viuit fructus dotalitii percipiat atque lucretur, post eius decesum vero vidua dotalitium una cum fructibus stantibus et pendentibus, qui instar alimenti sunt, statim percipiat.

*Ad stipulan-
tur leges ger-
manicae.*

*Et obser-
vantia mega-
politana.*

Id quod moribus germanicis conuenit; pro testimonio hic adduxisse sufficiat *Speculum saxonum* Lib. III. a. xxv. ita disponens: *So ist die Leibzucht bey Leben des Mannes nur des Weibes Geding, aber nach seinem Tode so ist denn erst daran ihr zu ihrer Leibzucht.* Et in diplomate quod exhibet *LVNIGIVS* in P. II. Corp. J. Feud. Germ. p. 554. haec occurunt verba: *Ob sie ibres Mannes Tod erlebet, und nicht eher zu einem rechten Leibgeding inne zu haben.*

Ita etiam in patria obseruari nullum est dubium, quum illud ex ipsa dotalitii natura fluat. Testatur idem *MEVIVS* in *Del. Jur. prou. mecleb.* P. I. Tit. iv. §. 4. dum, heredes vxoris, ante maritum demortuae, promissum dotalitium haud petere posse, his innuit verbis: *Stirbt aber vorhero dem es geschenkt, und liesse andere Erben als die in niedersteigender Linie seyn nach, ist das dotirende Theil näher solches zu behalten befugt, als die Erben es zu fordern.*

§. XXXVI.

*Revocatio
pacti in quo
dotalitium
constitutum
fieri nequit.*

In tantum tamen vxor viuente adhuc marito ius ex promissis habet quae situm, ut maritus a voluntate semel declarata haud recedere queat. Dotalitii enim constitutio nititur pacto (§. XVIII), conuentionum vero natura et indoles

Ies iuris gentium communis, quorsum et hoc pactum referendum, ita comparata est, ut altero paciscentium inuito et dissentiente, reuocari et immutari nequeant, quin etiam in iure ciuili perpetua pactorum sit regula: quod ab initio est voluntatis ex post facto fit necessitatis *L. III. C. de O. et Act.* et quod semel in illis placuit, amplius displicere nequit *Cap. XXI. de Reg. Iur. in 6.*

Antiquissimis iam temporibus conventiones de dote maritali seu dotalitio adeo firmae validaeque sunt habitae, ut pactorum naturae conuenienter, nullo plane modo reuocari aut retractari potuerint. Ita enim in *LL. Ripuar. Tit. xxxvii. de dotibus prouisum: si quis mulierem despousauerit, quidquid ei per chartarum seu tabularum instrumenta conscriperit, perpetualiter inconuulsum permaneat.* Quo etiam spectat *Gloss. J. Feud. Sax. ad Cap. XXXI. ibi: Der dritte Vorteil den die Frauen haben, das ist, dass ihnen ihr Mann ihr Leibgeding nicht empfrenden möge.* Et apprime hanc in rem facit antiqua charta de anno c¹⁰ cclxvii. a *B. de LVDEWIG. in Tom. IV. Rel. pag. 97.* exhibita, in qua occurrit talis, cum voluntate vxoris venditio: *cui, ut dicitur, praedictam sorris meae diu ante in dotem assignaueram.*

*Cuius ad
sertio*nis fun
damentum
baud leue sup
pediant anti
tique Germ.
leges.**

§. XXXVII.

Defuncto iam marito viduae relictae, dotalitium sibi promissum exigenti, dotem suam simul repetendi competit potestas. Dos enim ad ferenda matrimonii onera datur, ita ut hoc soluto

*Vidua po
mariti mor
tem et dosem
suam repe
re et simul pro
missum dota
litium exige
re potest.*

LXXXI SECT. III. IVRA ET OBLIGATIONES VIDVAR.

illius dominium ipso iure ad viduam plenarie redeat. *i.e. D. sol. matr. dos quemad. pet.* Dotalitii vero constitutio non ad sustinenda matrimonii opera pertinet, sed provisionem mulieris viduae factæ, finem agnoscit praecipuum (§. XVII.), hincque nullum ad dotem habet respectum, multo minus in eius constituitur compensationem (§. XXVI.); diuersi autem fines diuersaeque formæ, diversa ostendunt negotia, quorum huic cum illo nulla intercedit connexio: vnde patet, dotis repetitionem minime dotalitii excludere exigentiam.

Dissentientibus responsa detinuntur.

Rectissime itaque HERTIVS Opusc. Vol. I. Tom. III. lib. II. P. xxii. p. 617. refert paroemiam illam: *Leibgut schwindet das Hauptgut*, haud quaquam pro iure vniuersali esse venditandam, verum no- uioribus tantum temporibus, peregrinis introduc- tis iuribus, ortam, vid. B. de LVDEVIG *Diss. de dote mariti* pag. 38. Jureconsultorum enim plurimi in isto haerent errore, ac si dotalitium in dotis constituatur compensationem, hacque ex caffa dos mariti bonis ita quasi sit incorpo- rata, vt perpetuo penes eum eiusque heredes ma- nere debeat, id quod docent TORNOVIVS c. l. pag. 482. ibique allegati; cuius dogmatis origo ex iuris germanici et romani contusione petenda. Quam vero incongrue hoc negotium tracto a do- natione propter nuptias argumento e romano del- riuetur iure, quamque inconcinne principia iuris romani plane huic negotio contraria, in explican- da eius natura adsumantur, ex iis adparet quae supra

supra adducta sunt. Merum iuris germanici est institutum, adeoque etiam ex hoc tamquam fonte suo legitimo est deducendum. Antiquissimis vero Germanorum moribus vidua simul cum dotalitio dotem suam recipiebat (§. VII.), quod principium sequentibus etiam temporibus in legibus non nullis prouincialibus fuit retentum ac stabilitum. Innuit hoc satis clare *Jus Prov. Sax Liv. III. Art. LXXIV.* sequentem in modum constituens: *Mann soll ihr auch wieder auflassen und geben was sie zu ihren Mann gebracht.* Et ita in iudiciis Brunsuicensibus esse pronuntiatum testatur *AVG. a LEYSER* in *Disp. de Feudis Brunsv. Luneb. in Append. §. XXXVIII.* hanc adducens sententiam: *Dass der dos ohngeachtet genossenen dotalitii heraus zu geben und zu folgen wäre.* Nec apud Pomeranos dotis viduae insuper redditae deficere exempla, testis est *FR. GERDESIVS* in *Disp. de Oner. Feud. §. XVI.* Vt et in Ducatu Bremensi, dotalitium non absorbet dotem, vid. *Bremisches Ritter-Recht.* Consentit etiam mecum *CHRIST. HENR. a BERGER* in *Select. Jur. dotal. capit. §. XL pag. 37. ac DAV. MEVIVS in Conf. CLXXXIII.* *P. I.* tradit, aliquando dotalitium cum dote obtinere, ita ut non tantum dotalitium debeat, sed et cum eo dos. Quod tamen haud quaquam a dotalitii proprietate exorbitat, ut putat *Vir b. m. c. l. n. 3.* sed eius naturae exacte conuenit.

Et ita e genuina dotalitii natura ac antiquis Germanorum moribus legibusque etiam circa dotalitia Viduarum Nobilium mecleb. esse statuendum putarem, sed obseruantia et praxis mihi est contraria.

Cui obseruantia megalopolitana est contraria.

LVI. SECT. III. IVRA ET OBLIGATIONES VIDVAR.

de ista
ria, confer. Reuersales de anno cib 1521. §.
xxviii. Project. des M. L. R. Tit. XII. a. iv. ac
HVSANVS c. l.

§. XXXVIII.

Comperit
illi et dotaliri-
um promis-
sum ex insimul
porio statu-
tariorum ex ma-
riti defuncti
bonis.

Nec minus vidua, cui dotalitium promissum, et hoc et quotam bonorum e legibus vel consuetudine provinciae debitam petere potest. Nititur enim dotalitii constitutio pacto, consensu successorum inito (§. XXII.) et eum quidem in finem, ut vxor post fata mariti honeste dignitatique suae conuenienter viuere possit (§. XXVI.). Maritus vero viduae dotalitium promittens, vtique lucrorum viduae ex legis prouisione post obitum suum ex bonis relictis competentium fuit gnarus. Si igitur portio legalis siue statutaria cum caeteris lucris vidualibus sufficerit, ut vxor vidua facta, digne se inde exhibere potuisse; certe nec maritus cum in finem dotalitium promisurus, nec successores in hanc constitutionem consensuri fuissent. Quo tamen facto, indubitate erit concludendum, vxorem post fata mariti ex lucris legalibus, dum forte vel nullam, vel tenuem tantum intulerit dotem, vitam dignitati suae conuenientem viuere haud potuisse, hacque ex ratione maritum illi constituisse dotalitium, quod igitur vna cum portione statutaria petere potest.

Naque huic
rhebi obser-
vantia megap-
aduerfatur.

De lucro Viduis Nobilibus e patriae legibus compente, disponit Ord. Polit. Tit. von Erbschaften quem

quem locum in *Diss. mea inaug. de portione statutaria Vid. Nobil. mecleb. illustrauit.* Nec hanc successionem legalem dotalitio absorberi, verum vna cum illo repeti posse, docet responsum ab illis. Ictorum huius Almae Ordine, Dn. a B V L O W an. clo l^o xc^v. datum, quod Celeber. Dn. MANTZELIVS in utilissimis Select. Jurid. Rost. Fas. l. p. 251. exhibit, hucque repetere liceat: *Da eurer Schwester Annen, Magni Peccateln zu Gevezin Wittwe, in dem verschriebenen Leibgedinge das Vieh und fahrende Haabe zugleich zur Leibzucht nicht beschieden ihr auch dasselbe nicht gebühret. Es wird aber überdem vermöge Mecklenb. Policey Ordnung der halbe Theil alles Viehes und fabrender Haabe eigenhümlich gelassen und gefolget.* Testatur etiam de obseruantia megap. hic. consentiente charta *Mantissae sub No. VI.* frequentibus hoc in primis spectantibus verbis: *Wiederum mit seinen Lehn-Gütern an statt 2000. fl. neben ihrer Fraulichen Gerechtigkeit, und alles was ihr, nach Landes Gebrauch und Gewohnheit, an Hausrath, Vorrath, fabrende Haabe und anders, von Rechts wegen, nach seinem Tode gebühren wird, beleibgedinget haben.*

§. XXXVIII.

Ex eadem §. praec. adducta ratione facile intelligitur, nec dotis lucrum germ. die landiiblige Verbeffierung ordinarium Viduarum Nobilium mecleb. beneficium, in dotalitii locum cedere, verum viduam vtrumque ex prouisione hominis et legis proueniens lucrum petere posse,

Nec dotalitii exigentia, lucri dotis petitionem excludit.

H

Vsu



LVIII SECT. III. IVRA ET OBLIGATIONES VIDVAR.

Dissentis
praxis mega-
politana.

Vsi rerum hoc aliter obseruari, testantur omnes Doctores domestici, tradentes viduae aut dotalitium promissum, aut lucrum dotis, pro suo tam arbitrio esse eligendum, ita ut huius electione illius aditum sibi praeccludat, vid. TORNOVIVS cit. loc. pag. 491. HVSANVS c. l. Cap xxv. et MEVIVS, qui in *Jure prov. mecleb.* P. I. Tit. vii. §. 4. sic inquit: *Es steht zu der Wittwe Wahl und Belieben, ob sie das Leibgeding annehmen, oder landgewöhnliche Besserung auf das Ehegeld fordern wollen, deswegen sie sich auch ein gewisse inwendig sechs Monath nach des Mannes Tode erklären und dabey was einmal geweblet, beständig bleiben soll.* Idem in Pomerania obseruari docuit B. STEIN in *Diff. de Port. Conj. stat. in Pomer. orient.* §. xxv. Cui et Neo-Marchiam addere licebit, teste STRYCKIO de S. A. J. Diff. IV. c. II. §. xx. Verum haec sententia ex erro neo fluit principio, quod dotalitium in locum dotis surrogetur, quo jam sublato & hanc eo innitem thesin corruere necesse est. Ac vbi lucra ex diuerso proueniunt tonte, alterum non tollit alterum. Quamquam lubentissime concedo praxi et obseruantiae hoc in passu esse cedendum.

§. XL.

Quae nam
moueri actio
debeat a vi-
dua ad conse-
quendum pro-
missum dora-
litium.

Quum autem non sufficiat ius habere petendi, nisi illud etiam in actum deducatur, viduae quoque competunt remedia, ad consequendum id quod sibi dotalitii nomine debetur. Obligan- tur vero heredes vel successores mariti defuncti viduae ad praestandum dotalitium ex pacto (§. XVIII.).

(§. XVIII.). Quamobrem quum obligatio ex pacto sit obligatio perfecta, obligationi vero perfectae ius etiam perfectum respondeat B. KOEHLERVS in *Iur. Nat.* §. DCCXXX, atque huic connexum sit ius cogendi alterum si obligationi suae satisfacere noluerit, et hoc quidem in statu quo iam viuimus ciuili iudicialiter fieri debeat, instituta, vt hic actus dicitur, actione, & quidem, si ex pacto obligatio oritur nominatim condicione ex stipulatu, iive ex moribus, B. HEINECCIVS in *Elem. I. Ciu. P. III. §. XIX.* sequitur, quod vidua conditionem ex moribus contra defuncti mariti heredes vel successores, eius personam reprezentantes (§. XXI.) instituere queat, vt vel fundus dotalitio destinatus ipsi tradatur, vel redditus promissus singulis deinceps annis sua die soluatur.

Possunt etiam pacto variae adiici determinationes, vnde prouida erit vxor, si in pactis de iure occupandi, vindicandi, vtendi interdictis, condicendi cet. sibi sigillatim prospiciat. Si enim pactum hoc inuoluit, his poterit vti remediis. Pluribus de hoc argumento agunt NIC. HENELIVS ab HENEFELD in *Tr. de Dotalitio Cap. XII.* ROT- SCHVTZ in *Tr. de dotalitio Art. I. §. 2.* IO. GEORG. SCHERZIVS in *Diff. de dotal. §. IX.* et CALE in *Diff. de actionibus dotalitii nomine competentibus.*

§. XLI.

Est iuris axioma: vbi iura concedunt actionem,

H 2

Comperit
viduae reten-
tionis benefi-
cium.

LX SECT. III. IVRA ET OBLIGATIONES VIDVAR.

nem, ibi magis indulgent retentionem rei ob quam actio competit. Quum igitur viduae proditae sint actiones ad consequendum dotalitium promissum (§. praec.) sequitur, quod si bona defuncti mariti possideat, illa tamdiu retinere queat, donec ipsi de iure suo sit satisfactum.

Conformatur haec sententia legibus vicinarum provinciarum.

Sic etiam legibus Prouinciarum Megapoli vicinarum, Pomeraniae atque Marchiae vidua ratione dotalitii retentionis habet ius, testantibus MEVIO ad J. L. L. I. Tit. 5. art. 13. n. 35. SCHEPLITZIO p. III. Tit. II. Qu. III. in fin. STRVPIO in S. J. F. Cap. XLV. apb. xiv. HENELIO de dotal. Cap. XII. §. 4. et ITTIGIO in Diff. de Vidua usque dum sibi satisfactum ex bonis mariti sustentanda Cap. II.

Et praximegapolitana.

Idem apud Megapolenses obtinere fidem mihi faciunt TORNOVIVS c. l. pag. 509. HVSANVS ap. III. GERDES c. l. pag. 48. P. M. L. R. Tit. XII. art. xxxiv. et MEVIVS in del. Jur. Prov. mecleb. P. I. Tit. vi. §. 1. vbi verba ita fluunt: *Verstirbet iemand, bleibt dessen hinterlassene Wittwe in dessen Leben und andern des Mannes Gütern so lange bis sie wegen alles dessen so sie ihm zugebracht, oder ihr sonst aus den Gütern gebühret befriediget.* Id quod etiam illustrant verba Gravam. Provinc. de an. c'lo loc vi. quae haec sunt: *Zum vierten, dass auch wegen der Wittwen welche oft nach ihr Funcker Todt lange in den Gütern iure retentionis bleiben eine gezwisse Ordnung gemacht werden.*

§. XLII.

§. XLII.

Disputant Doctores inter se, an vxor dotalitata ad cautionem praestandam teneatur? Ego
puto quod non. Competit enim in dotalitio utile
dominium, adeoque praeter usumfructum pro-
prietas limitata (§. XXV.). Cui vero competit
rei proprietas, ille et eius habet dominium, quod,
si proprietas limitata, pariter erit limitatum. Vt
itaque dominus rem ad utilitatem suam pro lubitu
adaptare potest, nec cautionem præstare tenetur,
ita et vidua, utilis dotalitii domina, a cautione
erit immuniis. Quum tamen limitata tantum
proprietas rei in dotalitium constitutae viduae
competat, si limites excedat, utique ad cautio-
nem est obligata, vti et si res fungibilis iure do-
talitii data ad illam tenetur (§. XXVIII.).

*Nec ad cau-
tionem praes-
tandam tene-
tur.*

Dissentient a me varii magni etiam nominis Jure-
consulti, quos adducunt MYLERVS in *Gamol.*
Cap. XIII §. 12. et BROCKDORF in *Diff. de do-*
talitio, sub Praefidio TABORIS habita §. xxxii.
qui tamen prouocantes ad *Tit. D. Vjusr. quemadm.*
et L. VI. §. I. c. de secund. nupt. usumfructum ro-
manum confundunt cum germanico, ex quo v-
nice huic instituto germanico limites sunt ponen-
di. Id quod luculenter probatum dederunt me-
cum sentientis RAVCHBAR P. I. Qu. XXX, n.
vii. BERLICHIVS P. II. Concl. L. n. 68. WE-
SENBECIVS P. II. Consil. XLI, n. 16. BERGER
in Sel. Cap. dotal. § VIII. DEINLIN in Diff. de
Vidua vasalli ab usumfructuaria cautione intuitu do-

*Adducuntur
Jure dissen-
tientes.*

*Et alii me-
am sententi-
am calculo suo
confirmantes.*

LXII SECT. III. IVRA ET OBLIGATIONES VIDVAR.

talitii immuni, et de Vidua Nobili mecleburgica
idem adfirmans TORNOVIVS c. l. P. I. p. 227.

§. XLIII.

Nec inuen-
tarium confi-
cere.

Nec viduam ad inuentarii confectionem posse adstringi puto. Habet enim ex dominio vtili liberam de fructibus disponendi voluntatem, hincque nemini ex dotalitio rationes reddere debet; ad rationes vero reddendas non obligatus, regulariter inuentarium conficere haud tenetur.

Quid in me-
gapoli hanc
circa rem va-
leat.

Ita etiam in thesi ex dotalitorum indole atque natura, circa viduis nobilibus mecleb. constituta dotalitia erit pronunciandum; obseruantia tamen hac in re inconstans esse videtur. In dispositio- ne enim Nobilis cuiusdam Megapolitani a B. TORNOVIO c. l. P. I. pag. 474. exhibita de fundo in dotalitium dato, ita disponitur: *Und dar- aus die iäbrlich Intradens ohne Aufrichtung ei- nes inventarii oder Berechnung, so lange sie lebet zu genießen befugt seyn soll.* E contra ad confi- ciendum inuentarium viduam obligant Proiect des M. L. R. Tit. XII. art. xxxvi, et MEVIVS c. l. P. I. Tit. vi. §. 1. his verbis: *Ist aber schuldig ein Inventarium über alle Güter aufzurichten da- zu auch die nächsten Erben und Lebensfolger vor- fordern zu lassen, die invwendig zvvey Monath, nach des Mannes Tode den Anfang zu machen, und folgends in zvvey Monath es zur Endschaf- zu bringen, add. Tit. VII. §. 7.* Suasor hinc es- sem viduae, vt, ad euitandas litium hac de re forte obuenientium molestias, inuentarium con- ficiat. In Pomerania viduam dotalitium adcipi- entem

entem ad inuentarii confectionem adstringunt.
Conclusa sedinensia Tit. XVII, conf. XIII.

§. XLIHII.

De iure ac potestate viduae in dotalitio iam adepto competente, nunc differere tractationis iubet ordo. Fluunt viduarum circa dotalitium iura e domino vtili (§. XXV.). Quare quum dominium vtile inuoluat usumfructum et quidem priuatue; ususfructus vero ius sit omnem ex fundo percipiendi vtilitatem adeoque et fructus; patet viduam omnes fructus e re in dotalitium concessa percipere, tam naturales, vtpote frumenta, poma, aucupiorum, venationum et piscationum redditus, quam ciuiles, quales sunt pensiones et redditus ex aedificiis.

Vidua omnibus fructus e re in dotalitium concessa percipit.

De observantia dictorum testatur charta FRIDERI CI II. Electoris Saxoniae, qua confirmauit dotalitium ab Herm. Schaf vxori sua anno c^occcc LXXXVII. constitutum, apud LVNIGIVM in Corp. J. F. G. P. II. pag. 553. in qua haec occurruunt verba: *Seiner ebelichen Hausfrau alle und iegliche seine Dörfer, Vorwerke, Höfe und Güther mit allen ihren Zinsen, Renten, Fellen, Frohnen, Diensten, Gerichten obersten und niedersten, Eren, Nutzen, Würden, Ecker, Wiejen, Hölzern, Fischereyen, cet.* Liceat haec etiam illustrare verbis diplomatis anno c^occc LXII. confecti, de constituendo dotalitio Principi ELISABETHAE Pomeranicae, vxori Ducis Megapolitani MAGNI piae recordationis, hanc in rem ita

Id quod exemplis illustratur.

LXIII SECT. III. IVRA ET OBLIGATIONES VIDVAR.

ita se habentibus : Mit aller Vrucht mit aller Nut,
an vvelckerlyghe Wys de dar ut kamen, unde val-
len mach. An Orbar. Renthe. Bede. Pacht. Rich-
te. Bröke. Scattinghe. an uvodauen saken men de
Vrucht nömen mach, des scal de vorbenömende
Vrovve brucken mit Vrede ere daghe to eynem rech-
ten Lifgbedinge ; nec non pactorum dotalium,
inter Ser. Duc. Megapol. GVSTAVVM ADOL-
PHVM et Ducissam MAGDALENAM SIBYLL-
LAM gloriosissimae memoriae anno cccccccliii.
celebratorum, quae huc facientia ita fluunt: Und
Ihr Lbd. das Amt Dargun mit dessen Pertinentien
Ein und Zubehörungen an Flecken, Dörfern, Leu-
ten, Höfen, Mühlen, Aeckern, Wiesen, Feldern,
Gärten, Wältern, Hölzungen, Wässern, Tei-
chen, Güthern, Renten, Zebenden, Pacbtien,
Zinsen, Gütten, Schäffereyen, Nützungen, Ge-
fällen, Acker an Husen, Bauuvercken cet. zu
ihrem VVitthum assigniret und verordnet seyn sollen.

§. XLV.

*Vidua ius
patronatus
praedio in do-
talitium con-
cessio cohae-
rens exercere* notum est. Atque hinc fructus et commoda ex singularibus iuribus praedio adnexis profluentia, ad fructuum, quos vidua ex dotalitio percipit, classem pertinere, certum erit. Quam ob rem quum ius patronatus praedio cohaereat C. VII. X. de Jur. Patr. patet viduam quoque ius patronatus, si fundo in dotalitium concessio cohaereat, exercere posse.

Prostat

Prostat huius adassertionis documentum apud B. de

Exemplum.

LVDEWIG in *Reliqu. Msc.* Tom. VII. p. 64.

*Nos - - contulimus dotalitii nomine villam
grotēn Magsdorp cum omni iure utilitate honore
vſu commōdo et gratia, cum iure patronatus ecclesie
et generaliter cum omnibus pertinentis dicte ville
ex debito vel ex iure pertinentiis &c. Viros quo-
que eruditione claros hac in re habeo consentien-
tes HENELIVM c. I. Cap VIII. §. XI. pag. 244.
MYLERVM in *Gamol.* Cap. X. et FINCKEL-
THVSIVM de iure Patron. Cap. V. n. IX.*

*Confessus
Doctorum.*

In patria, deficiente hac de re lege, eadem adsertio ex
dotalitii indole atque natura deducta valebit. Ve-
rum dum ex principiis meis, a praxi ſæpe alienis
ſcribo, eo nulli parti praeiudicium inferre volo,
id quod ſemel pro ſemper hic moneo. Quae ad
iuris patronatus Nobilium in Ducatu megapolitarū
indolem pertinent, explicata ſunt a B. de BEEHR
in *Rer. Meleb.* L. VII. Cap. XVII. B. TORNOVIO
cit. I. P II. pag. 248 ſeqq. et B. GVNT. a PASSQW
in *Comment.* de iure patronatus in Ducatu meleb.
Msc.

*Quid in pa-
tria obtineat?*

§. XLVI.

Non defunt plura doariae iura, quae ex
ſtabilito principio, quod omnia ea, quae praedio
in dotalitium conceſſo cohaerent, quippe realia
& inseparabilia exerceat, profluunt. Quo referen-
dum, quod illi competit iurisdictio patrimonialis,
feudo & fundo conhaerens, fructusque inde
redundantes percipiat. Nec non quod habeat ius
indeterminatorum exigendi servitorum ab homi-

*De aliis qui-
busdam iuri-
bus remisſive.*

I

nibus

LXVI SECT. III. IVRA ET OBLIGATIONES VIDVAR.

nibus propriis, in nobilium fundis glebae adscriptis. Item quod iure subcollectandi subditos ad onera et tributa, tam Imperii et circuli quam prouinciae gaudeat. Ut aliorum iam non mentionem faciam, facili negotio ex principio supra adducto deriuandorum.

§. XLVII.

*Quid iuris
circa meliora-
tionem.*

Quid circa meliorationem et deterioratio-
nem iuris nunc inquirendum. Competit viduae
vtile rei sibi in dotalitium datae dominium, quod
est relatum dominii directi, ut notum; gaudeat
itaque alter dominio huius rei directo, propri-
tate scil. limitata, seiuncto usufructu necesse est.
Vnde sponte sequitur, quod vidua re in dotali-
tium concessa salvo iure domini directi vti debeat.
Si igitur vidua hanc rem reddit meliorem, nullum
inde praeiudicium euenit domino directo, bene
vero illam deteriorando. Ut itaque dotalitium
meliorare equidem, non vero deteriorare queat.

*Quod in pa-
tria per Re-
vers. determi-
nationem.*

In patria per §. xxviii. *Revers.* de anno c. l. c. xxii.
haec expresse sunt determinata, ita ut circa dota-
litiorum incrementa vel decrementa eadem sint
seruanda, quae de filiabus nobilibus usufructuariis
in cit. *Rev.* §. xxvii. disposita. Verba ipsa ita
fluunt: *Zedoch soll es mit denselben der melioration
und deterioration halber, allermassen, wie oben im
Punct von Erb Juugfern disponiret, observiret und
gebalten werden.*

§. XLVIII.

§. XLVIII.

Meliorat vidua fundum dotalitii iure concessum, si eius conditionem reddit pinguorem. Quo pertinet aedificiorum nouorum aedificatio, ac vetustiorum reparatio, deboscatio, lapidum remotio, vt et satio agrorum, plantatio arborum, exstructio aggerum, impensae pro sustentatione, subleuatione & conseruatione rusticorum facta, die Besetzung der Bauren, et eiusmodi generis alia.

*Meliorare
dotalitium
potest vidua.*

Reuers. Megap. supra cit. de Virg. Nobil. Mecleb. dispositio, etiam hoc trahenda, ita hanc in rem fluit: *Wann von den Erb Jungfern in dem Leben-Gute dergleichen Besserungen angerichtet werden, die den Lebens Folgern zu besonderm Nutzen und Frommen gereichen können, so sollen ihr oder ihren Erben dieselbige nach billiger Ermäßigung zum Halbscheid refundiret und wieder erstattet werden. Es soll aber eine Erb Jungfer gar keine neue Gebude, ohne Vorwissen der Lebensfolger, anzurichten bemächtigt, oder dafür keine Wiedervergeltung gewärtig seyn.* Conferantur hic omnino B. MVL-LERI et Celeb. MANTZELLI Dissertationes: de *Filia nobili vsufructuaria meckleb.*

*Dispositio
Juris mecleb.*

§. XLVIII.

Non vero res in dotalitium data deterior est reddenda, id quod fit, si eius usus corruptitur aut diminuit ab eo statu, in quo erat, vel eius aestimatio propter factum et negligentiam possidentis, vnde magna pernicies ipsae infertur proprietati.

*Non tamen
deteriorare.*

LVIII SECT. III. IVRA TE OBLIGATIONES VIDVAR.

*Qua ratione
dotalitium
queat deterio-
rari.*

prietati. Hinc dotalitium multiplicibus modis corrumpi potest et deteriorari. Ut itaque doariae non licet, siliuam radicitus extirpare, lignumque caesum lucri ergo vendere, arbores fructiferas incidere et perdere, seruitutem nisi temporariam dotalitio imponere, aut ei competentem remittere, subditos male tractare, illicitam et efferam plane in eos exercendo faciunt, multo minus manumittere, non denique alia facere, quibus dotalitium fastetur atque dissipetur in aliorum praeiudicium.

*Quid in pa-
ria valeat.*

Hac de re in *Revers. Megapol.* cit. I. ita expresse cautum: *Doch sollen die Erb Jungfern die einhabende Leben weder gantz noch zum Theil zu alienieren zu veräussern, oder auch zu deterioriren und zu verringern, und das harte Bau- und Mast-Holtz, weiter, dann zu des Lebens scheinbahren Nutz und Frommen, zu verbauen, keines weges bemächtiget seyn.* Ac in Ser. Ducum IO. ALBERTI et VLRICI declaratione ad grauam, prouinc. de a. 1510 LXXII. verba ita fluunt: *Vors dritte lassen I. F. G. einem ieden seine Besserung nach seiner Notbdurft und Gelegenheit bey dem verbotenen Raden zu suchen und anzurichten frey und ungewehret, doch dass die Grund- und Mast-Hölzer von bösen Haushaltern, Leibgedings Einhabern &c. nicht verwüstet werden.* Spectat hoc etiam Responsum ab III. Ictorum in hac alma Collegio anno 1510 cui. qua siliuam non caeduam datum, ita sonans: *Dass seel. Magnus Peccateln Wittvve, deren Leibzuchs Brief und darauf ertheilten Furstl. consensum ihr uns über-*

CIRCA DOTALITIVM ADCEPTVM. LXVIII

überschicket, die zu ibrem Leibgedinge gehörige
harte Holtzung zur Feuerung, oder auch sonst
zu veröden und zuvervüsten nicht geziemet.

§. L.

Multo minus fundum quem dotalitii nomine possidet vidua oppignorare, cedere, vel plane alienare potest. Tendit hoc enim in praeiudicium mariti heredum vel successorum, quorum tamen iura semper salua manere debent. Locare vero aliis hunc fundum doariae non est prohibitum. Libere enim percipit fructus ex isto fundo (§. XXVIII.) iam vero perinde est, an ipsa ea re fruatur, vel aliis fruendam concedat L. XII. §. I. D. de usufr. quare usum priuatue sibi competentem, aliis concedere, sicque dotalitium locare propitio iure queat.

Quum vero resoluto iure dantis, resoluatur etiam ius adcipientis, ac dotalitii conductor ius suum habeat a doaria adquisitum, huius iure resoluto, illius etiam resoluitur. Hincque, quum ius alicuius non duret amplius si resoluatur, ius talis conductoris diutius non durat, quam ius viduae.

Conspirat hic obseruantia megapolitana, quam ME-
VIVS in lur. Pron. Mecleb. P. I. Tit. VII. §. VIII. his
indicat verbis: Es ist in der Wittfrau Willen, ob sie
das Wittum Gult selbst besitzen und verwalten,
oder einem andern zur Berechnung einthun, oder
gegen

Dotalitium
oppignorare
cedere, et alie-
nare non pos-
st vidua.

Bene tamen
aliis locare.

Adcipulator
observantia
megapol.

LXX SECT. III. IVRA ET OBLIGATIONES VIDVAR.

gegen jaehrliche pension vermieten vvolle, vvas aber
desvvegen verglichen und angeordnet, höret mit
ihrem Tode auf, und seyn die Lebensfolger daran
nicht gebunden; et confirmat eandem Tit. XIII.
art. XIV. des P. M. L. R. vbi verba ita fluunt: Und
ob gleich die Leibgedings Einhaberin, die Aecker
und Gärten durch einen colonum bestellen lassen,
oder auch einem fremden Conduclori eingethan
hättten. Quo etiam pertinent sequentia Reuersal-
lum de anno clo clo LXXII. verba: dass die von A-
del neben den Wittfrauen, so iher Leibgedings Gü-
ther inhaben, oder derselben Verwaltere cet. ex-
hib. ab Ill. JARGOVIO in aucta Kluver. descript.
Duc. Meg. P. I. pag. 593.

§. LI.

De oneribus
viduarum ge-
neratim.

Vidimus iam Doariae iura et commoda,
nunc eiusdem etiam dispiciamus onera. Tene-
tur vero ad omnia, praedio sibi in dotalitium da-
to, inhärentia onera. Commoda enim et fru-
ctus percipienti, quorum caussa praedia eius-
modi oneribus subiecta censentur, onera ipsa esse
subeunda, satis notum est, L. XIII. D. de Imp. in
res dotal. fact. L. XXVII. §. III. D. de Vjufr. Quum
igitur fructus praedii in dotalitium constituti ad
viduam pertineant (XLIII.) et onerum simul
cum re transeuntium praestatio ei incumbat ne-
cessa est.

Id quod il-
lustrans ex
iure Branden-
burgico.

Liceat hanc doctrinam illustrare ex reuersalibus Ser.
Electoris Brandenb. IO. SIGISMUNDI de anno
clo clo xi, in quibus ita disponitur: So Würtwen
auf

auf Leben-Güter beleibgedinget, wird nicht unbillig zu seyn erachtet, ist auch denen Rechten gemäss, dass sie alle die onera realia, an Ritter-Diensten, Steuern, und andern Landes Bürden, so darauf baften, pro quota behalten, und dieselben Zeit ihres Inhabens davon zugleich mit gelten und tragen. Exhib. a LVNIGIO in Corp. Jur. Feud. Germ. Tom. II. pag. 812. Quum etiam in patria ex praescripto Reuers. cit. §. XXVIII. ab iure filiarum usufructuarium, ad viduarum dotalitium ducatur argumentum, licebit, in testimonium vlus doctrinae a me supra stabilitae, sequentia MEVII verba adducere: *Es gebühret den Erbjungfern in Zeit und Jahren da sie die Güter haben und nützen, die Rojs - Dienste durch tüchtige Personen, wie auch andere Lebens Bürden, und onera realia, als Priester, Küster Gebühr, Kirchen, Schloss, Reichs, Kraiss und Land Steuern, wie auch aus den Gütern anderen gebühren-de Hebungen und Pächte abzustatten.* Quae leguntur in Eius Jur. Prov. Mecleb. P. II. Tit. VII. §. XII.

*Et obseruan-
tia megapoli-
tana.*

§. LII.

E principio §. praec. stabilito deriuandum erit, quod vidua nobilis, cui res feudalis in dotalitium data, feudalia quoque debeat praestare seruitia. *Viduae feu-
dal. seruitio-
rum praesta-
tio incumbit.* Haec enim ob fructus qui percipiuntur sunt praestanda, vnde in quemlibet feudi possessorem transferuntur. II. F. LXXII. KOHL de seruit. feudal. p. 6. hincque etiam viduae dotalitii fructus percipienti, incumbunt. *Quum vero foeminae ad dominum* feudi

LXXII SECT. III. IVRA ET OBLIGATIONES VIDVAR.

feudi in propria persona sequendum et seruendum non sint capaces, curator erit substituendus, qui nomine viduae debita exhibeat seruitia.

*Quae adser-
tio ex chartis
antiquis sta-
bilitur.*

Sic antiquis temporibus, saepissime dominus consensum suum in dotalitio feudalii dans, ab uxore exigebat reuersales, vi quarum fateretur, se casu conueniente Domino seruitia et reliqua praestitutram. Quam in rem Perill, de SENCKENBERG in Sel. Jur. et Hist. Vol. I. Fasc. III. sub Lit. H. p. 416. chartam moersensem de anno $\text{c} \circ \text{ccc} \text{ lxxxvii }$ adducit, talem promisionem continentem. Cui adde, si placet, chartas ab Ill. ESTORE in Diff. an Dotalitium cesseret propter sec. nupt. p. 41. 42. exhibitas. Curatorum vero dotalitorum longam adducit seriem IO. IOACH. MULLER im entdeckten Staats-Cabinet. P. IV. Cap. II. § vii. vbi et formulas constituti dotalitii adfert, in quibus verba huc facientia ita se habent: *Und geben iibr darüber zu Vormündern die sie erkoren unsere lieben getreuen N. N. und N. N. cet.* Ac in binis instrumentis de anno $\text{c} \circ \text{ccc} \text{ xliv }$, ab HENELIO c. l. Cap. II. §. iv. exhibitis, haec leguntur: *Ipsa vero domina Sigfridum Schira fratrem suum elegit pro tutore suo dotalitii memorati.* Non enim semper talis curator e familia ad quem spectabat feudum desumebatur, sed plerumque proximus mulieris cognatus erat.

*Quid in pa-
tria obtineat.*

Haec e iuris feudalis principiis et dotalitii natura deduceta doctrina, circa dotalitia etiam viduarum nobilium Mecleb. deficiente hac de re lege prouinciali, meo si quod est iudicio, valebit. Quid in praxi hic obtineat mihi non innotuit.

S. LIII.

§. LIII.

Sic quoque vidua onera collectarum tributorumque praedio ex quo dotalitii redditus capit impositorum, subire tenetur. Tributa sunt onus fructuum *L. XII. D. de Imp. in res dot. fact. L. II. C. sine censu*, inque illis ipsa praedia non personas contineri dicitur, *L. VII. D. de public.* Onera vero praedio in dotalitium dato inherentia vidua agnoscere debet, (*§. LI.*), hincque etiam ad tributa fundis imposita tenetur.

Dotalitii ratione vidua tenetur subire onera tributorum.

Dictam sententiam confirmat Ius feudale Saxon. *Cap. LVI.* ibique Gl. vbi dicitur: *Notsteuer, Heersteuer, Geschoß und Bete, wo die gemeinlichen über das Land geben, die soll die Frau auch geben und mit leiden von irem Leibgeding.* Ut et, *les coutumes de Tours Tit. XXX.* ac communis Doctorum auctoritas; vtpote HART. PISTORII *Obj. V. p. 5.* HENELLI c. l. *Cap. IX. §. III.* ibique sub n. a. excitatorum SCHERZII in *Diff. de Dotalitio §. X.* aliorumque.

Vidua nobilis mecleburgica pariter ratione dotalitii pro rata sua, ordinaria et extraordinaria tributa, legitime in comitiis erogata prouincialibus, conferre tenetur, id quod confirmant *Reuersales a Sereniss. Ducibus an. clo bLXXII. d. d. II. Iulii et an. clo bLXXI. d. d. xxiii. Febr. datae, verbis: Wir wollen dass der Furstlichen Leibgeding Untertbanen, und der von Adel Leibgeding - - - in solche contribution gezogen und nach ihr er unser Landschaft Willen und Gefallen mögen belegt werden.* exhib. in *Iur. Mecleb. pag. 12. et 46.* His addantur aliae de annis clo bLXI. et clo bLXXII. d. d. xxiii. Sept. quas exhibit JLL. JARGOVIUS c. l. P. I. pag.

Et observantia mecleburgica stabilitur.



LXXIV SECT. III. IVRA ET OBLIGATIONES VID.

587. et 593. vbi verba hanc in rem ita fluunt:
Dass die von Adel neben den Wittfrauen jo ihr Leib-
gedings Güter inne haben - - - von einem ieden
Wispel hartes Saat-Korn, als Weizen, Rocken,
Gersten und Erbsen Parchimmer maas einen und
von einem Wispel weiches Saat Korns als Habern
und Buchweizen einen halben Gulden, und dann
von Wispel stehenden harten Korn Pacht einen hal-
ben Gulden, von Wispel weiches Korn Pacht sechs
Schilling lübsch, und denn den zehnten Pfennig von
den Geld-Pachten - - entrichten. Ac in edictis
contribut. Ser. Ducum ADOLPHI FRIDER. et
IO. ALBERTI de annis c15cxxxiiii. d.xxiii.
Nov. et c15cxxxv. d.xxi. Jul. expresse nominan-
tur: die von Adel nebst denen Widfrauen, so ihre
Leibgedings Guter inne haben, oder derselben Ver-
waltere &c. Qui notitiam de modo imperandi
tributa vel census in Megapoli desiderat, adeat
meam Notitiam de Scriptoribus mecleburgicis, Cl.
III. Sect. XV. pag. 224.

§. LlIII.

*Vt et homa-
gi praeftatio-
nem.*
Obligatur quoque vidua cui res feudalis in
dotalitium data, ad homagium domino feudi
praestandum. Homagium enim est iurata fide-
litatis promissio (per def.) fidelitas vero comple-
xus illorum officiorum, quae ex conuentione do-
minus directus domino vtili, vel hic illi debet.
Gener. L.B. CHRIST. de WOLF, Vir summus
supra laudem meam positus, in hor. subsec. anni
c15cxxxix. trim. aest. pag 255. Quum itaque officia
vasalli inuoluant etiam seruitia domino praestan-
da, haecque a vidua ratione dotalitii feudalis
praestari

praestari debeant (§. LIV.), patet, quod et praestatio iuramenti fidelitatis siue homagii ei incumbat. Ac quum procurator ad iuramentum fidelitatis praestandum admittatur *II. F. III. §. sed utrum*, vidua procuratore hunc in finem vti poterit.

Haec ita ex principiis meis in natura dotalitii fundatis de iure communi duxi determinanda. In patria vero ducto argumento a iure usufructuario filiarum nobilium secus se rem habere videtur. Est enim observantiae, quod proximus agnatus, filiae hoc iure feudum obtinens, renouationem inuestiturae intra annum et diem a tempore mortis ultimi feudi successoris petere debeat. Id quod testatur *Art. XVIII. tit. III. P. M. L. R. his verbis: Desgleichen sind in dem Fall, wenn die Tochter vermöge unsers ihnen gegebenen privilegii den nieslichen gebrauch der Lehn Zeit ihres Lebens haben und besitzen, die Agnati und Lehnfolger innerhalb Jahr und Tag von Zeit des Lehnmanns tödlichen Abganges inuestituram oder die Belehnung zu bitten, auch den Lehn-Eyd zu schwarzveren schuldig.* Idem adfirmant Viri rerum mecleburgicarum peritissimi, B. TORNOVIVS c. l. P. I. p. 374. B. MULLER in Dissert. de Virgine nob. mecleb. Cap. II. § XVIII. et Cel. MANTZELIVS in Diss. de filia usufr. Pos. XLIII. pag. 26. ac praeiudiciis stabiliunt. An itaque haec etiam circa dotalitia viduarum nobilium mecleb. in praxi obtineant, mihi non constat.

§. LV.

Supereft adhuc, vt videamus iura vxoris mariti obaerati. Si maritus bonis cedit dotalitium

*Dotalitium
non debetur, si
maritus bonis
cedat.*

LXXVI SECT.III. IVRA ET OBLIGAT. VIDVAR.

litium illi non debetur. Finis enim dotalitii est, vt vxori post mariti mortem ex bonis eiusdem prouideatur (XXVI.). Continet itaque tacitam conditionem, vt scilicet vxor maritum superuixerit (XXXIII.); ante conditionis vero existentiam et antequam dies venit, peti nequit, quod in diem debetur. Quum igitur maritus bonis cedens, adhuc sit in viuis, patet, quod vxor tunc dotalitium petere nequeat.

*Adstipulatur
Fus melebur-
gicum.*

Quae doctrina lege prouinciali publica diserte corroborata, vti patet ex Ord. Duc. Megapol. P. II. Tit. XLV: So sol er alsdann seinen Gläubigern semplich alle und iede seine Haab und Güter gerichtlich cediren und abtreten, und seine Hausfrau der Landublichen Besserung nicht zu genießen, sondern allein ihren eingebrachten Brautschatz, &c. Quum enim hoc dotis lucrum, quod e legis dispositione debetur, peti nequeat; multo minus dotalitium e mariti liberalitate proficisciens exigi poterit. Et ita vsu in Megpoli seruari, testatur Art. XL. Tit. XII. des Projecß. M. L. R. Truge es sich zu, dass der Lehnmann bey seinen Lebens Zeiten, von vvegen der Schulden-Last seine Leben Guter, denen creditoribus abtreten oder verkaufen müste, so hat die Frau allein ihren Brautschatz zu fodern, und ist zu dem Leibgeding oder Verbesserung keines Weges berechtigt.

§. LVI.

*Neque si con-
cursus credi-
torum post
mariti mor-
tem exigitur.*

Neque concursu creditorum, post mariti mortem excitato, vidua dotalitium consequi potest. Est enim haec viduarum ex bonis mariti pro-

prouisio pro modo facultatum mariti determinanda (§. XXX.), nullae vero intelliguntur mariti facultates, nisi post exsolutum aes alienum restantes, *L. XXXIX. D. de V.S.L. XXVII. D. de lute dot.* hincque nullum quoque dotalitium, deducto nisi aere alieno intelligi potest. Quum igitur ad concursus creditorum indolem pertineat, ut debitor soluendo esse desierit, id quod fit, si creditibus ex bonis suis satisfacere nequeat; sequitur quod existente concursu creditorum bona marito propria non supersint, sique vidua dotalitium capere haud possit. Quum etiam dotalitium non ex iuris necessitate, sed ex mariti potius liberalitate constituatur (XIX.) sique vidua de lucro captando, creditores vero de damno vitando certent, horum, et ex aequitate naturali et praescritione legis, potior habenda ratio *L. fin. §. V. C. de Iur. delib.* Non enim pro lucro fouemus mulieribus, sed ne damnum patientur, suisque rebus defraudentur curamus, sunt verba *L. XII. §. II. C. qui pot. in pign.*

Communiter equidem Doctores distinguunt, an dotalitium in locum dotis sit surrogatum eamque absorbeat v. g. quadruplicatis usuris, an vero praeter dotem mulieri sit adsignatum. Priori casu dotalitium eodem loco, quo dos ipsa alias debuisselet collocari, collocandum esse, et eodem praelationis gaudere priuilegio putant. Altero vero casu tacitam viduae concedunt hypothecam, id quod docent STRYK in *Diss. de tac. hypoth. §. XXXVIII.* RICHTER *de I. et Priv. cred. C. III. Sect. I. p. 63.* TORNOVIVS *cit. l. P. I. p. 490.* va-

*Disentientiibus responsione
imr.*

LXXVIII SECT. III. IVRA ET OBLIGATION. VIDVAR.

riique alii. Verum enim vero dotalitium nullum ad dotem habet respectum, ac hypothecae constitutio in facto consistit, vnde nunquam subintelligitur nisi vel explicite vel implicite de voluntate debitoris constet L. I. D. de pign. act. L. fin C. quae res pign. obl. possit vel non, vel in expressa legis dispositione sit fundata, quod tamen utrumque de dotalitio, dici nequit. Neque igitur praelationis neque tacitae hypothecae iure gaudet dotalitium, sive in concursu creditorum omnibus hisce debitis merito postponitur. Consentient cum mecum MEVIVS P. I. Dec. CCXXXIII. CARPZ P. I. Const. xxviii. Def. xli. RANTZOVIVS Diff. von der Hufenbands Gerechtigkeit, p. 166. BECHMANN in usu pract. feudal. Exerc. XV. Obs. xxxi, ubi hanc sententiam confirmat Resp. Lips. sequentis tenoris: *Sie hat sich auch ebe und zuvor die Glaubiger vollständig befriediget, des Leibgedings nicht anzumassen.* et qui idem quoad patriam adfirmat Jctus domesticus COTHMANNVS Resp. XCII. n. xviii. *Qui certi iuris esse, ait, viduam in sola dote caeteris creditoribus expressam vel tacitam hypothecam habentibus anteferriri, neque id praelationis ius in donationibus propter nuptias caeteris, que lucris uxoris locum habere.*

Dubium re-
monetur.

Dicta haec principiis meis contradicere videri possent, quando tradidi: uxorem dotalitium feudale petere non posse, nisi expresso pacto domini directi consensu munito, sit promissum, hincque si maritus in hoc pacto bona sua hypothecae nexu uxori obligauerit, eam consensuatam tunc habere hypothecam, qua propter uno cum aliis consensuatatis hypothecis sit collocanda loco. Verum reiicio

CIRCA DOTALITIVM ADEPTVM. LXXVIII

reiicio, finem dotalitii pacto consensuato consti-
tuti esse, vt vidua post mariti mortem ex bonis
mariti digne se exhibere queat, si vero concursus
creditorum motus nulla mariti bona per supra
deducta supersunt; haec itaque si non adsunt, nec
finis huius consensuati pacti obtineri potest. Cef-
sante autem fine, cessat etiam id, quod propter
finem est, & sic totum corruat negotium
necessè est.



SECTIO

SECTIO QVARTA,
MODOS DOTALITIVM FINIENTES
TRADENS.

§. LVII.

Dotalitium
morte doariae
finitur.

Mors vti omnia soluit, sic etiam dotalitium
mortua doaria finitur, adque heredes vel
successores mariti transit. Si enim dotalitium
viduae constitutum, utile rei cuiusdam dominium
in illam est translatum (§.XXV.) eum quidem in
finem, vt habeat vnde viuere queat dignitati
suae congruenter conuenienterque (§. XXVI.).
Quum itaque dominium utile ad certum tantum
finem, ad viictum scilicet et vitam viduae trans-
feratur; hic vero finis defuncta doaria cesset, do-
minium utile translatum amplius dici nequit,
adeoque ad filios defuncti mariti vel eius adgna-
tos remotiores, quorum est aut proprietas aut
successio reddit.

Quod et Sa-

Nec vetustiores obseruantur mores, sic enim in Spec.
Sax. Lib. I. Art. XX. disponitur: die Frau erbet
die morgengabe auf ihre Erben und mag damit thun
und lassen was sie will, aber Leibgeding nicht. et
Lib. III. Art. XXXVIII. Das Weib erbet auch kein
Gebende auf ihren Erben, dass auf ihrem Leibge-
ding stebet. unde dotalitium in latin. text. huius
Speculi L. III. Art. LXXV. vitae appellatur pro-
uisio.

*et megapolitanis obserua-
tione.*

Consentit etiam obseruantia megapolitana testante
Tit.

Tit. XVII. Art. 5. des Proj. M. L. R. verbis; Wenn die Frau welche aus dem Leben beleibgedinget verstorbt, so fällt das Leibgeding wieder zurück ins Leben, daraus es vermacht und gereichert ist. Nec non MEVIO in' Delin. Iur. Prou. Mecleb, c. I. Wann die Wittwe verstorbt, höret das Leibgeding auf, und mag es der Lebensfolger eigenes Gewalts als sein Gubt einnehmen. Ac in Reuersalibus megapol. de anno clo lo LXI. expresse distinguitur, inter bona, quae erblicher oder leibgedings weise possidentur, quas publici iuris fecit Jll. IARGO-WIVS in aucta Kluuer, descript. megapol. P. I. pag.

589.

§. LVIII.

Porro vidua ad secundas conuolans nuptias dotalitii commodo priuatur. Datur enim vxori dotalitium ad defuncti mariti dignitatem, quam vidua retinet, eo honestius tuendam (§. XXVI.) id quod constituti dotalitii est ratio sufficiens. Si vero ad latus secundi mariti adcedit, prioris amittit dignitates honores et priuilegia, ac noui mariti adfumens nomen conditionemque in eius transit familiam, MYLERVS in *Ganal. Cap. IX.* §. IX. vnde nec alienis amplius indiget alimentis, a nouo marito suggerendis. Plane itaque ratio cur dotalitium viduae fuit constitutum cessat; cessante vero ratione sufficiente, cessat etiam id, quod propter eam potius est quam non est.

Celebris haec est controuersia, eleganter ex principiis iuris germanici et antiquitatibus pertractata,

L

Vidua renubens dotalitium amittit.

*Controuersia
siam hac de re
inter JCros es-
a se indicatur,*

LXXXII S. III. MODO DOTAL. FINIENT. TRADENS.

a duobus celeberrimis et eruditissimis viris, Perill.
de SENCKENBERGIO, qui sententiam negatiuam
tuetur, in *Medit. Fas. I. Med III de dotalitio prioris*
matrimonii, durantibus secundis uxorum votis
iis relinquendis: ac Jll. ESTORE, qui adfirmatiuam
defendit, in Diff. An dotalitium cesse propter
secundas nuptias. Ad quas eruditas commenta-
tiones B. L. ne actum rursus agam, remitto,

In iure pro-
vinc. mecleb.
perspicue tra-
ditur, dotaliti-
zum secundis
extingui nu-
psiis.

Fructus ques
percepit doa-
ria retinet.

Et meliora-
tiones praedit
ad percipien-
dum ex eo do-
talitium dati,
illi restituun-
tur,

Ius prouinciale mecleburgicum dubia circa hanc
caussam obuenientia e medio plane sustulit. Clare
enim satis in *Reuersal. de a. c. 1510CXXI. §. XXVIII.*
dispositum legitimus: *Dafs auch die verwittwete*
Edel Frauen wann si zur andern Ehe schreiten ib-
ren einhabenden Wittumb gegen Erstattung des
Eingebrachten Ehegeldes, Besserung, und was dem
anhangig, den Lebensfolgern cediren und abtreten,
erachten wir den Rechten und Herkommen gemäss.
Vniuersam itaque viduae esse restituendam dotem,
nec pensiones ex dotalitio perceptas, et quoslibet
fructus simul esse computandos existimo. Statutum
